Zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler

des

Kurfürstlichen Gymnasiums

zu

MARBURG

im Jahre 1855

welche

am 26. 27. und 28. Merz stattfinden wird

ladet ergebenst ein

der

Gymnasialdirector

Dr. FRIEDRICH MÜNSCHER.

Inhalt: I. Abhandlung des Gymnasiallehrers Dr. Fuldner: Adnotationes in Euripidis Medeae prologum.

II. Schulnachrichten.

Marburg.

Elwert'sche Universitäts-Buchdruckerei.

1855.

Adnotationes in Euripidis Medeae prologum.

ΤΡΟΦΟΣ.

(Conf. Euripidis Medea, ex recensione Augusti Nauckii. Lipsiae 1854.)

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος,
οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας
πατέρα κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν
ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἁνδάνουσα μὲν
φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα,
αὐτή τε πάντα ξυμφέρουσ' Ἰάσονι·
ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.
νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα.
προδοὺς γὰρ αὑτοῦ τέκνα δεσπότιν τ' ἐμὴν
γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται,
γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾷ χθονός·
Μήδεια δ' ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη

βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς
πίστιν μεγίστην, καὶ θεοὺς μαρτύρεται
οἵας ἀμοιβῆς ἐξ Ἰάσονος κυρεῖ.
κεῖται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι,
τὸν πάντα συντήκουσα δακρύοις χρόνον,
ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς ᾔσθετ' ἠδικημένη,
οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ' οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς
πρόσωπον· ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος
κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων·
ἣν μή ποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην
αὐτὴ πρὸς αὑτὴν πατέρ' ἀποιμώζῃ φίλον
καὶ γαῖαν οἴκους θ', οὓς προδοῦσ' ἀφίκετο
μετ' ἀνδρὸς ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει.
ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο
οἷον πατρῴας μὴ ἀπολείπεσθαι χθονός.
στυγεῖ δὲ παῖδας οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.
δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον·
βαρεῖα γὰρ φρὴν, οὐδ' ἀνέξεται κακῶς
πάσχουσ'· ἐγᾦδα τήνδε, δειμαίνω τέ νιν
μὴ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ
κἄπειτα μείζω συμφορὰν λάβῃ τινά·
δεινὴ γάρ· οὔτοι ῥᾳδίως γε συμβαλὼν
ἔχθραν τις αὐτῇ καλλίνικον ᾄσεται·
ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι
στείχουσι, μητρὸς οὐδὲν ἐννοούμενοι
κακῶν· νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

Notat Valckenarius ad Euripidis Phoenissas p. 120, ut interpretetur versiculum ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, εἴς τε βακχεῖον πεσὼν, poëtam nostrum amare ὕστερον πρότερον. Huius figurae rhetoricae, quae accurate legentibus Euripidea notissima esse debet, insigne et luculentum exemplum exordio prologi continetur. Nam Argonautarum navigium prius fabricatum est, quam pinus, ex qua aedificatum dicitur esse, caesa fuit. Verborum perpolitam et ornatam rationem nec grammaticus, qui argumentum dramatis conscripsit, praetermisit: ἐπαινεῖται δὲ ἡ εἰσβολὴ διὰ τὸ παθητικῶς ἄγαν ἔχειν καὶ ἡ ἐπεξεργασία μηδ' ἐν νάπαις, καὶ τὰ ἑξῆς. Scilicet Medeae nutrix, quae mulier Colchica fuisse fingitur, quum dominam miseriis ac calamitatibus oppressam videat, de eius adversa conditione lamentatur et conqueritur proferens fere

haec: utinam nunquam Argonautarum expeditio suscepta esset. Minyae si non in Colchidem venissent, Medea non migrasset cum Iasone in Thessaliam; non, Pelia occiso, fugere debuisset Iolco Corinthum, ubi Iason, deserta uxore, Glaucam, Creontis regis filiam, in matrimonium ducere vult; remansisset domina in Colchis neque accidissent, quae nunc eius animum lacerant atque concutiunt. Habes vero haec sensa poëtarum more ita expressa verbis, ut singula Argonautarum profectioni annexa suaviter describantur atque enuntientur. Argo percurrit per rupes Cyaneas; pinus in monte Pelio caeditur; fortissimi viri remis navem incitant. Omnia exsecratur nutrix, quae ante portas domus regiae ista eloquitur. Quod quidem apertum est ex verbis paedagogi 50:

Τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

Nec minus concluditur ex 89:

ἴτ', εὖ γὰρ ἔσται, δωμάτων ἔσω, τέκνα.

Optandi formulae, quae apud Graecos componuntur, varii generis sunt. In iis ponitur optativus modus, infinitivus et indicativus imperfecti aut aoristi. Ubi optatur, ut quid fiat aut non fiat, locum habet optativus, cui in his quidem propositionibus particula ἂν non additur. Ubi optatum tale est, ut maior quidam animi affectus ac perturbatio significetur, infinitivus usurpatur, qui pro sua natura, quum neque personis neque numero sit definitus, et verbi tantum notionem contineat adiuncta temporis ratione, id optime declarat, quod, ut cum Venusino poëta loquar, ex mentis quodam tumultu promanat. Similiter infinitivo ad ea notanda utuntur, quae quis mandat aut prohibet. Sed quod ad rem nostram spectat, hoc est ad usum imperfecti et aoristorum in optandi formulis, is explicari debet ex propositionum conditionalium natura atque indole. Scimus indicativum temporum relativorum, quae dicuntur, usurpari in enuntiationibus, quae quam rei conditionem continent mente tollunt ac consequentia ex eadem negant. Quid? quod idem modus ponitur in enuntiationibus finalibus, ubi de fine non impetrato aut non impetrando sermo est. Plato in Critone p. 44: εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἷοίτε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιςα κακὰ ἐξεργάζεσθαι, ἵνα οἷοίτε ἦσαν καὶ ἀγαθὰ τὰ μέγιςα· καὶ καλῶς ἂν εἶχε. In Menone idem p. 89: εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο, ἦσάν που ἂν ἡμῖν οἳ ἐγίγνωσκον τῶν νέων τοὺς ἀγαθοὺς τὰς φύσεις· οὓς ἡμεῖς ἂν — ἐφυλάττομεν — ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, quam formam mutare voluit Gedickius in διαφθείροι, a Buttmanno ad h. l. refutatus. Affinis iam est usus is, quo imperfectum et aoristum indicativi optantes usurpant. Namque imperfectum ea designat, quae fieri nequeunt; aoristus illa, quae non facta sunt. Addubitari potest, an particula εἰ aliis formulis non additis usurpari possit ab optantibus. Peritissimi linguae Graecae viri de hac re dissident.

Vide Valckenarium ad Phoeniss. 761; Hoepfnerum ad Cyclopem p. 171; Vigerum et interpretes ad Oedip. Tyr. 863, ubi legimus,

Εἴ μοι ξυνείη φέροντι
μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων
ἔργων τε πάντων —

At vero constat, istam particulam cum aliis consociatam in optandi formulis enuntiari. Inprimis huc pertinent εἰ γάρ et εἴθε, de quarum discrimine felicius Hermanno praecepisse Nitzschium dicit Ellendtus in lexic. Soph. s. v. εἴθε. Notandum tamen est, formulam εἰ γάρ non semper ab optantibus usurpari, sed significat etiam siquidem. Sophoc. Oed. Tyr. 80, 81:

ὦ ἄναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
σωτῆρι βαίη, λαμβρὸς ὥσπερ ὄμματι.

Theognis 710: Εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλα —

Theocritus III, 12: — αἴθε γενοίμαν
ἁ βομβεῦσα μέλισσα καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν.

Quod supra diximus, usum indicativi in optandi formulis ex conditionalium propositionum natura explicari debere, verba nostra perspicue docent. Utinam debuisset non pervolare Cyaneas Argo et quae sequuntur, ita expressa sunt, ut nutrix cogitet, rem aliter se habere sive facta esse, quae commemorat. Propterea recte consequentia his verbis proposita sunt:

— οὐ γὰρ ἂν δέσποιν᾽ ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ᾽ Ἰωλκίας.

Pro διαπτάσθαι alii libri praebent διαπτᾶσθαι, alii διασπᾶσθαι. Sed formae aoristorum πτάσθαι et πτέσθαι, de quibus magna fuit virorum doctorum dissensio neque est librorum optimorum consensus, nostro tempore omnibus grammaticis et criticae artis peritis hominibus probantur. Conf. Matthiaeus in notis ad h. l. Lobeckius ad Ai. 280. Seidlerus ad Eurip. El. 938. Perspicuum est διαπτάσθαι, quod proprie pervolandi notionem habet, hoc loco de celeri navigii cursu dici, ut apud Horatium vocabula volandi et volitandi Epod. 16. Odar. IV, 5. De struthiocamelo usurpat Xenophon. Anabas. I, 5, 3 vocabulum ἀπέπτατο, ad quem locum Bornemannus videndus est. Eundem confer quod ad formam verbi attinet in indice graecitatis s. v. ἀποπέτεσθαι. Apud Sophoclem pueri dicuntur οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες Oed. Tyr. 17, quod interpretes non male ex ea consuetudine poëtarum sumtum esse opinantur, qua pueros νεοσσούς dicunt. Cf. Schneidewinus ad h. l. Aliud prorsus est, si vocabula, quae volandi notionem habent, sensu figurato de iis ponuntur, qui curis, spe et metu commoventur. Circumvolitant hominem sceleratum oracula. Oed. Tyr. 482:

ὅτι λέξω δ᾽ ἀπορῶ· πέτομαι δ᾽ ἐλπίσιν, οὔτ᾽ ἐνθάδ᾽ ὁρῶν, οὔτ᾽ ὀπίσω.

Volant curae circum laqueata tecta Hor. Od. II, 16. Particula μή ad verbum διαπτάσθαι posita est. Aliam rationem habes in verbis:
μή ποτ' ἐγὼ φύσας ὤφελον — ἐπιδέσθαι 1403. ὡς μή ποτ' ὤφελόν σφ' ἰδεῖν· Ion. 288. Ἀργοῦς σκάφος. Infra 474 dicit poëta Ἀργῷον σκάφος. Vox σκάφος a σκάπτειν proprie est fossa; usurpatur vero ut σκάφη de alveo navis et navigio ipso. De scapha vid. Cicer. Rhet. II, 51 et ad Herenn. I, 11. Scapha est navicula, quae longis navibus praesto est ad salutem, si qua opus sit, ferendam. Inde apud Caesarem b. G. IV, 26 scaphae longarum navium commemorantur. Conf. Hoepfnerus ad Cyclopem p. 44. Hor. III, 29. Act. 27, 17, 30. Cymba Charontis dicitur δίκωπον σκάφος Alc. 244. Huc spectant versus Apollonii Rhodii in Argonauticis I, 18, 19:

Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Ἄργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσι.

Ovidius, apud quem Medea Aeëtias et Phasias appellatur, Minyarum sive Argonautarum navem nominat Pagasaeam puppim (Metamorph. VII), quod nomen ab oppido Thessaliae desumtum esse docent interpretes. Commemoratur λιμὴν Παγασήϊος apud Apoll. Rhod. I, 524. Urbs ipsa dicitur Παγασαὶ Μαγνήτιδες Apoll. I, 238. Ceterum de Argonautarum expeditione in Colchidem, ut Phryxea vellera poscerent et apportarent Peliae, huius loci non est disserere. Neque exponere volumus de consilio, quod Euripides, qui saepe cum Simonide περὶ γυναικῶν in iudicio de mulieribus ferendo consentit, fabulam scripserit, deque variis dramatis recensionibus, quas viri docti in antiquitate exstitisse arbitrati sunt. De his conf. Matthiaeus. Qui vero noscere cupit diversi generis mythos de Iasone ac Medea, deductos eos ex rebus Colchicis, Thessalis, Corinthiacis et Atticis, atque in Homericis, Hesiodeis ac tragicis carminibus vario modo tractatos, is adeat Schoenium et Pylium. Ille in commentatione isagogica ad Medeam de his accurate exposuit (Ausgewählte Tragödien des Euripides. Erklärt von Schöne. Zweites Bändchen. Leipzig, Weidmann 1853). Hic scripsit copiosiorem dissertationem: Literatur des Sagenkreises der Medea. Zeitschrift für Alterthumswissenschaft von Caesar, 1854. 5tes Heft. Nec lyrici poëtae istis narrationibus abstinuerunt, ut ostendit Pindarus, Pyth. IV, ad quod carmen conf. Boeckhius et Dissenius. Inter Romanos Attius, Ennius, Ovidius, Seneca has fabulas tractarunt. Ennii fragmenta in plurimis Medeae editionibus excitata sunt. Conf. Euripidis Tragoediae. Rec. Pflugk. Ed. alt. curavit Klotz. Gothae 1842.

De Medea et Persae quaedam memoraverunt. Apud illos tres feminae Medea, Io et Helena in caussis bellorum inter homines gestorum fuisse dicuntur. Conf. Herod. I, 1—5. Quid? quod Medea apud eundem Herodotum nomen dedisse dicitur Medis, VII, 62: ἀπικομένης δὲ Μηδείης τῆς Κολχίδος ἐξ Ἀθηνέων ἐς τοὺς Ἀρίους τούτους μετέβαλον καὶ οὗτοι

τὸ οὔνομα. Ἀυτοὶ δὲ περὶ σφέων ὧδε λέγουσι Μῆδοι. De eadem re videndus est Xenoph. Anab. III, 4, 11, ad quem locum conf. Schneiderus. Κόλχων ἐς αἶαν. Vocabula Κόλχος et Κολχίς usurpantur et substantivorum et adiectivorum ratione. Inprimis Κολχίς de terra ponitur, sed etiam de ipsa Medea. Colchi, de quibus Ritterus eruditissime disputavit, ex Herodoti opinione ab Aegyptiis oriundi sunt. Id maxime concludit ille ex circumcisionis ritu, quem habuerunt II, 104. Ad eandem Colchorum originem Pindarus putatur in his allusisse: ἐς Φᾶσιν δ᾽ ἔπειτ᾽ ἐνήλυθον, ἔνθα κελαινώπεσσι Κόλχοισιν βίαν μῖξαν, Αἰήτᾳ παρ᾽ αὐτῷ. Pyth. 14. 4. Apud Herodotum l. l. nominantur μελάγχροες, nigram cutem, et οὐλότριχες crispos capillos habentes. Vocem αἶα per aphaeresin idem esse, quod est γαῖα sive γῆ plurimis placet. Magnetum fuisse dicitur vocabulum usurpatumque est potissimum in Ionica sive epica dialecto, ex qua in tragicorum poëtarum usus transiit. Sed etiam est nomen proprium. Commemoratur Αἶα Θεσσαλῶν, significans sive urbem sive regionem. Quid? quod Αἶα simpliciter de Colchide positum est Apoll. Rhod. II, 422. In Herodoteis Κολχίς additum est. Nam I, 2 legimus: ἐς Αἶάντε Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν. Haec perpendentibus Euripides videri potest scripsisse Κόλχων ἐς Αἶαν, quod pulchrius atque ornatius est. Ceterum cum hoc Colchidis nomine appellationem regum eius terrae coniunctam fuisse conlicimus. Complures eorum nomen Aeetae habuerunt, quod testatur Strabo lib. I: Καὶ ἔστι τοῖς ἐκεῖ τοῦτ᾽ ἐπιχώριον τοὔνομα. Vid. interpp. ad Xenoph. Anabas. V, 7, 37. Quum Aeetes, pater Medeae, Solis filius sit eiusdemque filia Circe, etiam haec in insula habitare fingitur, quae Αἶα dicitur. Inde apud Homernm Odyss. IX, 32 Circe est Αἰαίη.

Συμπληγάδας. Rupes istae nominari solent κυάνεαι πέτραι. Utrumque vocabulum Symplegadibus addidit Euripides 1253. Plerumque Symplegades simpliciter commemorantur, ut apud Strab. I, 21. Apud Sophoclem eaedem appellantur Κυάνεα πελάγη Antig. 955; apud Theocritum Συνδρομάδες XIII, 22. Ceterum utrum Ξυμπληγάδες, an Συμπληγάδες scribendum sit, non moror. De hac re, quae est incerta et erroribus plena, non satis considerate Porsonus ad h. l. disputat, dicens: hanc regulam mihi semel ipse statui, ut ξύν semper pro σύν scriberem, ubi per metrum et numeros liceret. Id castigat Hermannus in adnotationibus, cuius sententiam amplectimur, tragicos sibi in hac re non constitisse, nec regulam aliquam, sed quod in quoque loco auribus magis blandiretur vel usitatius esset, sequutos esse. In transcursu monemus, Symplegades sensu quodam figurato poni, ut apud Tertullianum adversus Marcionem I, 2: »Duos Ponticus deos affert, tanquam duas Symplegadas naufragii sui; quem negare non potuit, creatorem, id est nostrum: et quem probare non poterit, id est suum«. Praemissa est his verbis Tertulliani descriptio Ponti memoratu digna. Ea hoc modo finitur: omnia torpent, omnia rigent, nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet, quae fabulas

scenis dedit de sacrificiis Taurorum et amoribus Colchorum et crucibus Caucasorum. Recte notavit Schoenius ad h. l., Πλαγκτάς Homeri Odyss. μ, 59 a Symplegadibus distinguendas esse saepe cum iis confusas, quod et Pflugkium ad h. l. et Papium in Onomastico Graeco fugit. Cyaneas descripsit Apollonius Rhod. II, 317 seqq.:

τάων οὔ τινα φημὶ διαμπερὲς ἐξαλέασθαι.
οὐ γάρ τε ῥίζῃσιν ἐνήρεινται νεάτῃσιν·
Ἀλλὰ θαμὰ ξυνίασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
εἰς ἕν, ὕπερθε δὲ πολλὸν ἁλὸς κορθύνεται ὕδωρ
βρασσόμενον· στρηνὲς δὲ περὶ στυφελὴ βρέμει ἀκτή.

In sequentibus verbis Euripideis scriptura μηδ' sine dubio vera est, nec pro altero μηδ' cum Brunckio μήτ' scribi potest. Nam adiunguntur vocabulis εἴθ' ὤφελ', quae addita sunt neque disiunguntur. Elmsleius ad h. l. haec disputat: Mallem μήτ' ἐρετμῶσαι inquit Brunckius. Male. Μήτε post μὴ vel μηδὲ soloecum est. Negant hoc, sed frustra negant, mea quidem sententia, Hermannus ad Soph. Ai. 423, Reisigius Coniectan. in Aristoph. I. p. 189. Citat Matthiae Gramm. G. §. 602. Thucydidem III, 48 καὶ μηδὲ οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ' ἐπιεικείᾳ. Ubi μήτε οἴκτῳ habent omnes fere codices scripti et primae quatuor editiones. Sed huiusmodi errores etiam contra librorum consensum tollendi sunt. Vide ad 1213. 1323. Haec Elmsleii regula ab Hermanno in adnotationibus copiosius tractata et diiudicata est, qui subtilius et verius de particulis οὔτε et μήτε post οὐ et μή statuisse videtur, quamquam singula non satis firmis argumentis probata sunt. Miror, Porsonum μήδ' ἐν νάπαισι — μήδ' ἐρετμῶσαι retinuisse. Recentiores habent μηδ'. Pinus, ex qua Argo facta est, in convallibus Peliacis excisa esse dicitur, cuius et Catullus memor fuit a Pflugkio peropportune excitatus XIV, 1.

Ea de causa Argo nominatur Πηλιάς apud Apoll. I, 525.

Cum pinu Peliaca comparari possunt verba Horatii Od. I, 14:

Quamvis Pontica pinus,
Silvae filia nobilis,
Iactes et genus et nomen inutile,

ad quem locum interpretes utilia congesserunt. πεσεῖν procidere, quod idem Venusinus in comparatione Achillis cum pinu mordaci ferro icta posuit Od. IV, 6. Ornatissima verba, quibus arbor ferro accisa iugisque avulsa describitur, invenis si tua interest apud Virgilium Aeneid. II, 627 seqq. ἐρετμῶσαι. Hoc factitivum facessivit negotium interpretibus. Ut nostrum iudicium firmo fundamento superstruamus legibusque grammaticis stabiliamus, ex etymologicae doctrinae rationibus quid statuendum sit explicare debemus. Factitiva verba sunt triplicis generis. Si volumus ea ex artis praecepto notare, his vocabulis, quae more grammaticorum

minus latinitatem, quam perspicuitatem circumspicientium ponuntur, uti licet. Sunt enim caussativa, operativa et instructiva. Addimus haec exempla:

ἀϊστόω, facere, ut quid ἄϊστον sit h. e. evanescat,

ἀκριβόω, facere, ut quid ἀκριβὲς sit h. e. accuratum, perfectum, subtile.

δηλόω, facere, ut quid δῆλον sit h. e. manifestum.

ἱερόω, facere, ut quid ἱερόν sit h. e. sacrare, consecrare.

κυρόω, facere, ut quid κῦρος sit h. e. stabilire, confirmare. Conf. 948 κενοῖς χέρας.

Aliud inest in his:

κληρόω operari ita, ut quid efficiatur sorte sive sortiendo.

χρυσόω operari ita, ut quid aurum fiat. Denique

ςεφανόω est instruere sive ornare aliquem corona. Similiter σφαιρόω, χολόω, τριαινόω, κατουρόω al. Huc pertinet ἐρετμόω, quod significat remis instruere.

Antegressum πεύκη ad verbum repetendum est. Pinus Peliaca sive Argo manus virorum remis instruxit. Similiter ἀρτυνέεσθαι ἐρετμά. Apoll. II, 522. Suasit Musgravius, ut χέρες legatur, quod facile est intellectu, si ex periodi initio ὤφελον suggeritur et ἐρετμῶσαι remigandi significatione positum esse statuitur. Sed iam Porsonus eam coniecturam non recipiendam esse censuit citans ex Hesychio: ἐρετμῶσαι κώπαις ἁρμόσαι. — ἀ ρ ι ς έ ω ν. Vulgata lectio est ἀρίςων. Porsonus et Wakefieldus ad Lucretium pro ἀρίςων scribunt ἀριςέων, quod ab Apollonio Rhodio saepe usurpatur de Argonautis. Hanc lectionem reiicit Elmsleius ob eam rem ab Hermanno reprehensus. Dicit Hermannus: »Recte illi, qui ἀριςέων scribendum contendunt. Nam hoc solum huic loco aptum est, quia de sola hic nobilitate sermo esse potest«. Quibus opponitur, vocabulum ἄριςοι significare etiam optimates, quod facile exemplis docetur. ἀριςέων, refutatum a Klotzio, nollem recepisset Nauckius. ἀρίςων probavit Schoenius, retinuit Kirchhoffius, qui prolegomenis de libris Euripidis manuscriptis Medeam exhibentibus eo optime promeritus est de fabula nostra, quod codicum familias primus constituit, ita ut iidem non numerentur, sed eorum auctoritas ponderetur. Nos Matthiaei iudicium probamus, ἀριςέων neque damnandum, si ita scriptum reperiretur, neque, quum in altera lectione libri consentiant, praeferendum. Nullus dubito, ἀρίςων de virorum fortitudine intelligendum esse, idque rectius a nutrice proferri, quam eam ipsam verba facere de Argonautarum nobilitate, quod Hermanno visum est. μετῆλθον Scholiastes explicat ἐκόμισαν, cui multi assentiuntur. Sed μετελθεῖν, quod proprie est inter alios incedere, etiam accedere et persequi, e contextis esse debet ire, ut quid quaeratur et investigetur. Conf. Iliad. 6, 280. Thucyd. I, 34, 2; 124, I. et ad hos locos Kruegerus. Nescio quid impediat, quo minus de diversis formis δέρος et δέρας statuamus, utrasque a tragicis poëtis usurpatas esse. δέρος habent h. l. Porsonus, Kirchhoffius, alii;

δέρας Elmsleius. Non male Porsonus censet, δέρος vel ex coniectura reponendum esse, ne duo versus in eundem sonum exeant. Versiculus, qui antecedit, clauditur voce χέρας. Infra 480 πάγχρυσον δέρας. Πελίᾳ est in commodum Peliae, qui in Peliotide Thessaliae regione, Aesone expulso, regno potitus erat et expeditionis Argonautarum faciendae exstitit auctor. Alii sequuntur Ennii interpretationem imperio regis Peliae, quod in medio relinquo. Οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ etc. Forma δέσποινα frequentius utitur Euripides quam altera δεσπότις V. 17. Ad πύργους non est quod praepositio suppleatur. Pflugkium fecisse miror. Nam quod praecipitur in linguarum formis verborumque significationibus recte eruendis atque exponendis semper ab iis rationibus, quae ad locum et motionem spectant, exordiendum esse, id haud dubie maxime tenendum est, ubi quis casuum, qui dicuntur, originem ac naturam velit explicare. Quum igitur accusativus is nominis casus sit, qui quo quid moveatur exprimat, facile omnia verba eiusmodi motionem significantia hunc habent, nulla praepositione addita. Nostro in loco ἔπλευσ' eo modo positum est, quamquam singularem quandam motionem designat. Saepius eadem ratione constructa inveniuntur verba, quae communem eundi et veniendi notionem declarant. Docent id carmina Homerica quumque res notissima sit et in quovis scriptorum genere usitata, pauca adiungimus exempla. ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα Bacch. 1. ἐλθὼν δὲ γαῖαν τήνδ' ἐβουφόρβουν ξένῳ Alc. 8. ἀκτὴν δ' ἵκανε Παγασηΐδα Apoll. Rhod. I, 318. ἐχθρὸς μὲν γὰρ μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται Tyrtaeus I, 7. Quam dicendi rationem Latinos, maxime poëtas, imitatos esse constat, nec quod nuper in Virgilii carminibus factum est, eiusmodi formulae tentandae aut corrigendae sunt. Terram Hesperiam venies Aeneid. II, 781. Conf. Heynius ad I, 2. γῆς 'Ιωλκίας. Urbs est Thessaliae 'Ιωλκός, 'Ιαλκός, 'Ιαωλκός. Pari modo 'Ιωλκίας χθονός 551. 'Ιωλκός appellatur Πηλιῶτις 484. Igitur sita fuit ad Pelion, ibique Aeson, Iasonis pater, rex fuisse dicitur. Iolkos, quae herbas mittere dicitur apud Horat. epod. V, 1, fuit et patria Alcestidis. Vid. interpp. ad Alc. 241. Sed non satis liquet, quid per πύργους intelligendum sit Πύργοι sunt muri et moenia turrita, sunt castella, etiam superiores domus partes, in quibus feminae versabantur. Tralate πύργος est refugium, praesidium 394. Callinus in eleg. 20. Optimum esse videtur palatium regium intelligere. Quidnam discriminis sit inter voces πύργος et τύῤῥις sive τύρσις, turris, non facile dixeris. Πύργοι et πυργώματα vocantur, quod coniunctum habes cum voce τείχη Cycl. 115. Τύρσις est palatium Saturni apud Pindar. Olym. II, 77. Apud Xenophontem Anab. VII, 8, 12, 13 τύρσις et πύργος idem est. Verbum habes Bacch. 153 πυργῶσαι ἄστυ; tralate πυργοῖς χάριν 523. Mimnermus frag. 8. Vox γῆ nonnunquam de urbe usurpatur, ut perspicue apud Matthaeum II, 6 καὶ σὺ Βηθλεέμ, γῆ 'Ιούδα. Ab altera parte πόλις de regione ponitur. Conf. Cycl. 99 Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν. Nostrum

locum igitur verte: Medea non navigasset ad palatium regium urbis Iolci. Hoc modo si interpretamur, pluralis indicat singulas partes palatii turribus munitas. ἔρωτι ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Verbum ἐκπλήττειν (conf. ἱμέρῳ πεπληγμένος 553) percellere, perterrefacere inprimis de amore ac cupiditate in usu est. Exempla adtulit ad h. l. Pflugkius. Per Πελιάδας κόρας sunt filiae Peliae regis intelligendae. Ab iis interemtus est pater dolo fraudeque Medeae adductis. Scilicet Medea, quae apud Clementem Alexand. Stromat. I, p. 307 ed. Sylb. dicitur πρώτη βαφὴν τριχῶν ἐπινοῆσαι, herbarum venenorumque scientia instructa fuit. Inde Virgilius in Pharmaceutria 95, 96: Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena ipse dedit Moeris; nascuntur plurima Ponto. De melle venenato, quo Graeci male affecti sunt in Colchis v. Xenoph. Anab. IV, 8, 29. Inter alias artes eam habuisse et exercuisse perhibetur, qua homines aetate confectos in pristinum vigorem perduceret. Hoc Aesoni Liberique nutricibus praestitit. Jam quum Peliades animadvertissent eiusdem fallacia et praestigiis arietem in agnum transfiguratum esse, ab ea petierunt, ut Peliae patri iuventae florem restitueret. Fidem habuerunt iis, quae venefica promisit. Parentem laniatum filiae in ahenum fervens immiserunt hocque modo occisus est. Haec si quis cognita habet, non decipi poterit collocatione verborum propter accusativos non seiunctos haud laudanda. Isto supplicio de Pelia sumto Medea inimicum Iasonis punivit. Infra dicit haec: Πελίαν τ' ἀπέκτειν', ὥσπερ ἄλγιςον θανεῖν, παίδων ὑπ' αὐτοῦ, πάντα τ' ἐξεῖλον φόβον 483. 484. Conf. Ovid. Met. VII, 158 seqq. In universum notamus Thessalos, qui ex Thesprotiis oriundi (Herod. VII, 176), re equestri noti, metallis abundantes, divitiis affluentes mercaturae maxime operam dabant (conf. interpp. ad Platonis Menonem p. 70), veneficiis magicisque artibus famosos exstitisse. Inde apud Horat. Thessala venena Odar. I, 27. Epod. XVII. et portenta Thessala Epist. II, 2, 209 commemorantur. Thessaliam ipsam in quatuor partes fuisse divisam referunt Photius ac Suidas. Inde Admetus Alc. 1106 dicit: ἀστοῖς δὲ πάσῃ τ' ἐννέπω τετραρχίᾳ. Partes fuisse dicunt Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν. In Pelasgiotide celebratissimae erant urbes Pherae, Iolcos, Demetrias. Nec praetermiseris Cynoscephalas. De Aleuadis, antiquis Thessaliae principibus, conf. Herod. VII, 6. Platonis Meno p. 70. Perpetrato facinore Medea Corinthum fugere debuit ἁνδάνουσα μὲν etc. Haec verba vario modo a viris doctis tentata et exposita sunt. Maxime iis displicuit φυγῇ, ad quod vocabulum refingendum diversissimas coniecturas protulerunt: φυλῇ, φυῇ, φύτλῃ, ψυχῇ, ὀργῇ, φύσει rell. Conf. Matthiaeus ad h. l. Si statuimus versum φυγῇ — χθόνα genuinum esse neque eiiciendum e contextis, ut complures summo iure eiiciuntur, quaeritur ante omnia de attractionis genere. Et Elmsleius quidem negavit, genitivum πολιτῶν pro dativo πολίταις h. l. ferri posse. Adscripsit haecce: ex eo, quod accusativus pro nominativo, genitivus aut dativus pro accusativo usurpatur, non recte colligitur, genitivum pro dativo usurpari

posse. Praeterea eidem docto viro displicet verborum collocatio. Scripsit igitur nominativum φυγὴ, credens, omnia ista verba per appositionem ad antegressa addita esse, cuius rei exempla inveniri nemo est qui infitias iverit. Sed aliud est, an appositio ista huic loco accommodata sit. Hermannus iudicat, durissimam esse, quum propter alia, tum quia statim sequitur αὐτή τε. Adstipulamur, neque intelligimus, cur genitivus pro dativo non possit usurpari, quum attractio, quae dicitur, a casuum natura minime pendeat, aliasque sequatur leges. In ea re omnes, qui recentiore tempore Medeam recensuerunt et enarrarunt, consentire videntur, quum πολιτῶν intactum reliquerint. Attamen si quis requirat accusativum, is casus in πολιτῶν latere potest. Nam ἀνδάνειν coniungitur sensu paullulum immutato cum accusativo. Non erat quod Brunckius πολίτας scriberet. Facillima ac simplicissima est emendandi ratio, quam Barnesius iniit, Beckius et Porsonus amplexi sunt, πολίταις corrigentes. Sed supervacaneam ducimus (Conf. Antig. 89). Attractio est assimilatio formarum, qua vocabula firmius vinciuntur. Duabus legibus omnis verborum structura nititur. Coniunguntur aut convenientia formarum aut rectione vocabulorum. Iam si de attractione praecipere volumus, quae est substantivorum et relativorum, omittentes hoc loco participia, demonstrativa, adiectiva et particulas, est quod dicamus in hac struendi formula utramque legem observari. Nam altera pars regitur sive dependet ab aliis vocibus, altera attrahitur. Duplicis autem generis esse potest attractio. Aut casus substantivi, qui ex lege rectionis grammaticae necessarius est, casum relativi, quod ad illud referri debet, definit, aut casus relativi, qui a verbo quodam requiritur, casum substantivi determinat. Hanc inversam attractionem nominant. Utramque rationem et Latini sequuntur. Assimilatur nostro in loco casus substantivi casui relativi. In ea re naturae casuum nulla ratio habetur. Solvi et construi potest ἀνδάνουσα μὲν πολίταις, ὧν χθόνα φυγῇ ἀφίκετο; sive ut Schoenius suadet ὧν φυγῇ ἀφ. πολ. χθόνα, ταύτῃ ἀνδ. Quam quidem rationem si veram habemus, intelligendi perspicue sunt cives Corinthii, in quorum terram Medea fuga pervenerat quibusque placere dicitur. Sed φυγῇ potest esse dativus caussalis, quem dicere solent, referendus ad ἀνδάνουσα, placens quidem propter fugam Corinthiis. Omnino autem non intelligo, qua de caussa nutrix Medeam Corinthiis placere dicat. Hoc ab eius persona alienum esse videtur. Neque auctoritate scholiastae firmare voluerim, qui, quae aliunde probari posse non videntur, annotavit: ἤρεσκε δὲ τοῖς Κορινθίοις, ἐπειδὴ λιμώττοντας αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τισιν ἰάσατο, καὶ αὐτὴ δὲ ἠρέσκετο τῇ Κορίνθῳ, ἐπεὶ λέγονται καὶ οἱ Κορίνθιοι φαρμακοὶ εἶναι. Non impellunt me, ut omnino credam. His fidem habere Schoenium, vix credideris. Quid? quod verba πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα capi possunt de Thessalis. Iolci incolis placuit Medea propter fugam, postquam Peliam obtruncaverat. Hoc modo si explicamus, ἀφίκετο spectat ad Medeae pro-

fectionem cum Iasone ex Colchide in Peliotidem eius amore correptae. Quam rationem a nullo interprete indicatam esse miramur. Sed ut sententiam nostram dicamus, πολιτῶν genitivus obiectivus esse videtur et participium ἁνδάνουσα coniungendum cum Ἰάσονι. Φυγῇ πολιτῶν dictum esse potest ut βίᾳ πολιτῶν Antig. 79. Verbis ἁνδάνουσα μέν respondent perspicue in sequentibus νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα —. Quibus edocemur, sermonem esse debere de ratione, quae intercedat inter Medeam et Iasonem, non inter Medeam et cives sive Corinthios sive Thessalos. Quod praeterea scholiastae visum est, in voce ἁνδάνουσα ὀρθὴν ἀντὶ δοτικῆς positam esse, id iam supra refutavimus, quum refelleremus appositionem verborum ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ ab Elmsleio probatam. Neque accesserim ad eorum sententiam, qui opposita sibi esse ἁνδάνουσα μὲν — αὐτή τε arbitrantur, illud explicantes de re in facto posita, hoc vero pronomen de Medea ipsa eiusque peculiari ratione ad Iasonem relata sive necessitudine, qua cum marito copulata fuisset. Huic interpretationi a Schoenio commendatae et probatae parum favet adiunctiva particula τέ. Nam altera lectio αὐτὴ δέ, quam Stobaeus refert, Beckius et Elmsleius receperunt, credentes sibi opponi ἁνδάνουσα μὲν et αὐτὴ δέ, vix habet, quo defendi possit. Diximus νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα opposita esse verbis ἁνδάνουσα μέν, quod et Hermanno et Schoenio placuit. Videtur αὐτή τε de voluntate Medeae sive eius lubenti animo exponendum esse, quo ei cum Iasone convenit.

Igitur totum locum hoc modo interpretor: non habitaret hancce terram Corinthiam cum marito ac liberis, placens Iasoni, quod cives in quorum pervenerat terram fugit, et lubenti animo in omnibus consentiens cum Iasone. Vocabula πάντα συμφέρουσ' de consensu sive concordia coniugali explico propter epexegesin, quae sequitur: ὅταν — μὴ διχοστατῇ. Frequentius quidem est genus medium eo sensu, sed et activum ea sive prorsus simili significatione invenitur. Conf. Pflugkius ad h. l. et Ellendti lexic. Soph. s. h. v. Alii volunt omnia tolerans, quod per verbi συμφέρειν usum probari potest, ut alia omittam, ex loco Xenophonteo Anabas. VII, 6, 20: Ὤιμην, ὦ ἄνδρες, ὅσῳ μᾶλλον συμφέροιμι τούτῳ τὴν τότε πενίαν, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν φίλον μοι ἔσεσθαι, ὁπότε δυνασθείη. Sed contextis Euripideis repugnare censeo. Ceterum coniectura si locum vexatum sanare vis, scribe pro ἁνδάνουσα vocem ἀλλάσσουσα et aut χθόνα refer ad participium et repete ad ἀφίκετο, aut ὧν per attractionem pro οὓς interpretare. Spondeum in sedibus imparibus trimetri Iambici usurpari notum est. Pro ἥπερ Musgravius ὅπερ scribere voluit. Sine caussa. Relativa enim ac demonstrativa strui cum substantivis praedicati nemo est qui ignoret. Panyasis habet in fragmentis: ξεῖν' ἄγε δὲ καὶ πῖν'· ἀρετή νύ τις ἔστι καὶ αὕτη. Quod ad sensum attinet, πάντα συμφέρειν repetas. Hoc dicitur σωτηρία, remedium salutis ratione habita eorum, qui matrimonio iuncti sunt, hoc est uxoris et mariti, de quibus vocabula γυνή et ἀνήρ proprie sexum

notantia inde ab Homeri aetate ubivis poni solent. Inest tamen aliquid in verbis ὅταν — μὴ διχοστατῇ, quod supervacaneum esse videatur. Ni fallor, hoc minus sentiremus, si scriberetur ἥπερ. Νοσεῖ τὰ φίλτατα aut generatim intelligenda sunt de rei domesticae, matrimonii, consanguinitatis et affinitatis necessitudine male affecta, aut nominatim de ipso Medeae marito carissimo, insano amore correpto. Nam τὰ φίλτατα usurpatur, maxime in amicorum compellationibus, de personis. Ion invenit patrem. Inde σύ τ' αὖ τὰ φίλτατα εὗρες. Ion 573. Praeterea usurpatur τὰ φίλτατα de hominis vita Alc. 331. Comparari potest locutio: οὔτ' ἐν φίλοισι σὴν παρουσίαν λέγω, in rebus gratis, ut Bothius interpretatus est Alc. 604. Opponitur ἐν ψυχροῖσι Antig. 88. Pari modo τὰ πρῶτα 906 de personis. Verbum νοσεῖν de variis affectibus, v. c. de amore, insania, ira, odio, translato sensu saepissime in tragicorum poëtarum carminibus ac philosophorum disputationibus ponitur. Oratores vocabula νόσοι et νοσεῖν de turbis intestinis civitatum usurpant. Conf. Schaeferus ad Demosth. Philipp. Γ, §. 12. Hoc loco νοσεῖν de dissidio domus Iasonis sumi potest. Verte: nunc autem ipsi Medeae omnia odiosa sunt et turbata carissima; sive deleto commate post πάντα — nunc vero omnia carissima odiosa sunt et turbata, ita ut πάντα τὰ φίλτατα ἐχθρὰ καὶ νοσεῖ coniungantur. Schoenius vertit: in discrimine versantur carissima sc. vincula coniugalia, quod non probaverim. Vocabulo ἐχθρὰ antegressum συμφέρουσ' oppositum est. Νοσεῖ idem, quod διχοστατῇ. Deserta est Medea; deserti sunt liberi, quum Iason Glaucam, Creontis filiam, in matrimonium ducere velit. Προδοῦναι est deserere V. 32. Καὶ μὴ προδοῦναι λίσσεται Alc. 196. γάμοις βασιλικοῖς εὐνάζεται nuptiis cum regis filia celebrandis lectum sibi parat. Si quis mavult γάμοις de ipsa uxore intelligere et εὐνάζεται de concubitu, quod ex sermonis Graeci consuetudine fieri potest, non resisto. Conf. γαμεῖς γάμον 623. αἰσυμνᾷ. Scholiastes ἡγεῖσθαι καὶ ἄρχειν explicat. Conf. Heraclid. 206. Addit ἰδίως δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης ὑπὸ Κυμαίων αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι. Citatur Aristoteles de rep. III, 9, 5; 10, 1. ἡ αἰσυμνητεία refertur ad genera βασιλείας et μοναρχίας diciturque apud philosophum αἱρετὴ τυραννίς.

Nomen αἰσυμνήτηρ sive αἰσυμνήτης transfertur ad ludorum sollemnium arbitros a populo electos. Si originationem vocabuli quaeris, perspicue deducitur a voce αἶσα ea significatione, ut cuique tribuere, quod ius et fas habetur, designet, nec praeter regulam aut incongrua est struendi eius ratio cum genitivo. Nam omnia verba, quae regendi notionem continent, cum hoc casu poni solent, qualia sunt ἀνάσσειν, βασιλεύειν, ἄρχειν, δεσπόζειν, τυραννεύειν, κρατεῖν rell., quae quidem loquendi consuetudo vel a poëtis Latinis, inprimis Horatio, assumta est. De nomine filiae Creontis, ut hoc addam, refert scholiastes: Κλειτόδημος μὲν Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην· Vocabula δύστηνος, τάλαινα et alia id genus, ubi de Medea intelligenda sunt, habent ex lege articulum, qui eorum notionem

ita definit, ut de hac sola muliere in hoc dramate explicare possimus. ἠτιμασμένη est contumeliose tractata. ἀτιμάζω simpliciter est καταφρονῶ contemno, neque in eo de civilium iurium privatione cogitant Graeci, quam aliae voces eiusdem originis v. c. ἄτιμος, ἀτιμία, ἀτιμόω significant. Synonymum sequitur ἠδικημένη 26. Praeterea verba, quae leguntur 33 ἀτιμάσας ἔχει recte contuleris. Ex his debent explicari, quibus Medea utitur 691 ἄτιμοι δ' ἐσμέν. Apparet, ἄτιμον esse unumquemque honore suo destitutum, quod ex etymologicis rationibus necessarium est. Praeterea ἄτιμον potest esse id, quo quis honore suo privatur. Eo modo Sophoc. Antig. 5 οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμον. Βοᾷ μὲν ὅρκους. βοᾷν et intransitivo et transitivo sensu in usu est. Ponitur de gemitu ac lamentatione, sed etiam de hymnorum cantu. In nostro loco est lamentatur de fide Iasonis iureiurando interposito data iamque rupta. Scholiastes interpretatur μαρτυρεῖ, quod concitatiorem Medeae mentem non satis exprimit, quamquam ipse Euripides in subsequentibus habet θεοὺς μαρτύρεται, deos contestatur, ut δαίμονας μαρτύρομαι 616. Conf. ἐπιβοᾶται Θέμιν etc. 170. 200. Ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς. Alii δεξιάς. Si genitivus scribitur, is perspicue pendet a subsequentibus πίστιν μεγίστην, si accusativus, verba ista appositorum modo ac ratione adiuncta sunt. Utraque lectio habet suos defensores. Matthiaeus antiquiores libros sequens retinuit δεξιάς, qui pluralis, Klotzio iudice, potius requiritur ab antecedenti ὅρκους quam δεξιᾶς. Recentiores fabulae editores δεξιᾶς receperunt. Rideas eorum rationem, qui de uno homine δεξιάς dici posse negaverunt. Si quis dextram dat pluribus, δεξιάς dedisse dici potest; et si quis dextram uni dat repetita vice, δεξιάς porrexisse non absurde existimatur. Rem diiudicemus ex usu verbi ἀνακαλεῖν. Quaeritur rectiusne dicatur δεξιάς ἀνακαλεῖν, an πίςιν. Nam ut ὅρκων πίςις dicitur, sic et locutio χειρὸς πίςις sive δεξιᾶς πίςις et optima est et a scriptoribus Graecis frequenter posita. Sed propterea non ubivis δεξιᾶς πίςις veram habemus lectionem. Vide Matthiaeum ad h. l. Qnid? quod πίςις, nullo alio vocabulo addito, de promissione per dextras facta usurpatur. Sic apud Aristoph. Acharn. 307 coniunguntur de variis iurisiurandi generibus βωμὸς, πίςις, ὅρκος. Conf. Porsonus ad h. l. Habet verbum ἀνακαλεῖν notiones vocandi, exclamandi, appellandi, adhortandi et revocandi, quumque respondeat antecedenti βοᾷ, interpretor magna voce exclamat sive iterum iterumque pronuntiat. Iam melius est Medeam exclamare, dextram sibi saepius ab Iasone datam esse, quam dextrae fidem pronuntiare. Scribo igitur δεξιάς, adposito minore distinctionis signo, ut haec locutio consentanea sit accusativo ὅρκους, et voces πίστιν μεγίστην appositionis loco ad utrumque (ὅρκους — δεξιάς) referendas esse iudico, quod adiectivum μεγίστην requirere videtur, hoc sensu: in iureiurando et dextrae datione inest maxima fides. Locutiones hoc modo ad alia verba appositae ut totam buandam enuntiationem explicent, in poëtis saepe habentur. Comparari possunt haec:

οὗ δὴ χολωθεὶς τέκτονας δίου πυρὸς
κτείνω Κύκλωπας· καί με θητεύειν πατὴρ
θνητῷ παρ' ἀνδρὶ, τῶνδ' ἄποιν', ἠνάγκασεν Alcest. 5—7.
Ψυχρὰν μὲν, οἶμαι, τέρψιν 344.

ἀμοιβή permutationem ac vicissitudinem significans transfertur ad retributionem, poenam ac praemium. ἐσθλῶν ἀμοιβάς Helen. 159. κυρεῖν cum genitivo non raro invenitur de infortunio et calamitate, in quam quis incidit. Igitur verte: qualem immutatam fortunam per Iasonem accipiat. Nam ἐξ de caussa capiendum esse, apparet. Potuit indicativus κυρεῖ poni, quoniam tota periodus obiecti loco, quod absolute cogitamus, enuntiatur. κεῖται δ' ἄσιτος simpliciter verti potest ἀσιτεῖ. Nam κεῖσθαι tralate de hominum statu ponitur, inprimis infelici. Sed praestat propriam verbi significationem retinere, quae ratio sequentibus σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι commendatur, corpus doloribus submittens sive tradens. Defendimus cum plurimis interpretibus pluralem ἀλγηδόσι sine dubio exquisitiorem et optimorum codicum auctoritate probatum. Scripsit ἀλγηδόνι Porsonus, nonnullorum librorum testimonio adductus. Norunt omnes, quod Schoenius annotavit, vocabula σῶμα et δέμας, ut alia partem corporis denotantia, e. g. ὄμμα, κάρα de ipsa persona usurpari; sed vereor, ne ab hoc loco alienum sit. Praefero contextorum ratione commotus corpus Medeae intelligere, non ipsius personam. Quum συντήκειν non tantum sit liquare, liquefacere et eo modo res unire, conflare, sed etiam liquefaciendo consumere, vocabulum, ut simplex τήκειν, saepius de lacrimis usurpatur. Est igitur h. l. omne tempus consumere lacrimando. Conf. 142. Apud Virgilium Aeneid. II, 795 noctem consumere dicitur. Aliter scholiastes συντηκομένη τὸν πάντα χρόνον. Sensu intransitivo, quem dicimus, positum est 684 τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε; — ἐπεὶ — ἠδικημένη postquam sensit se ab marito iniuste tractatam. ἐπεὶ saepius idem est, quod ἐπειδή. ἐπεὶ εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἤλθομεν Xenoph. Anab. V, 5, ἐπεὶ νεανίσκος ἐγένομην 7, 2, 33. Scholiastes ad Antig. 15. explicat: ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ ἀφ' οὗ. Eodem modo Porsonus ad vexatissima illa verba 139: ἐπεὶ μὴ φίλια κέκρανται particulam ἐξ οὗ interpretatur, quod et ad nostrum locum Schoenius secutus est, et multi alii viri docti amplectuntur. Aliud est, si struitur cum optativo. Tum intelligatur oportet de re saepius repetita. Xenoph. Anab. IV, 7, 10 ἐπεὶ οἱ λίθοι φέροιντο. §. 17 ἐπεὶ παρέλθοιεν οἱ Ἕλληνες. In his de caussa sumi non potest. Vertendum est quotiescunque, ut particulae ὅτε et ὁπότε ponuntur. Afflicta in tenebris luctuque trahit vitam, neque attollens oculos neque solo amovens faciem. ἀπαλλάσσειν, quod est dimittere, liberare, discedere, h. l. esse debet amovere. Habet genitivum propter praepositionem, quacum est compositum. Struitur etiam eo modo, ut similis praepositioni particula apponatur, quam rationem omnino et Graeci et Latini in verbis cum praepositionibus compositis

sequuntur. πρὸς ἀνδρὸς idem, quod supra ἐξ Ἰάσονος. Usus particularum πρὸς, ὑπὸ, ἐκ ad formas passivorum positarum facilis est perspectu.—Sunt dictiones ex genere earum, quae mimicae vocantur. Nam isti gestus maerorem et luctum significant. Quid sibi velit comparatio Medeae cum petra et unda marina, quae aquae mons cumulo praeruptus est Virg. Aeneid. I, 105, haud obscurum esse potest. Docent verba ἀκούει φίλων audit amicas admonita ad animum tranquillandum V. 143. Scilicet respuit ac reiicit omnes luctum et miseriam solatio evaturas familiares. Affinis est locus Horatii: scopulis surdior Icari voces audit adhuc integer Odar. III, 7, ad quem locum Mitscherlichius alias locutiones similes excitavit, in iis adagium αἰγιαλῷ λαλεῖν. Coniecturam Valckenarii ad Hippol. 304 recte refutarunt. Voluit ille e vocabulis ἢ θαλάσσιος formam adiectivi ἐνθαλάσσιος refingere, et κλύδων' rescribere, ita ut adiectivum aut ad πέτρας aut ad κλύδων' referri possit. Id iam propterea admitti nequit, quod, ut monuit Porsonus, verborum concinnitas κλύδωνος requireret. Non negaverim, θαλάσσιος plane supervacaneum esse. Nam κλύδων per se spectatum est maris tempestas. Sed habent scriptores similia per abundantiam. Conf. interpp. ad Iacobum I, 6, ubi est ὁ διακρινόμενος κλύδωνι θαλάσσης etc. Prorsus alius est usus vocabuli apud medicos, v. c. Hippocratem, Galenum al., quibus significat humores. Κλύδων translato sensu usurpatur, ut κλύδωνα κακῶν 366. Propter animi duritiam, qua Medea mater liberos occisura est, a choro dicitur πέτρος ἢ σίδαρος 1251. ἢν μή ποτε nisi quando, postquam candidissimum collum vertit (vid. 912), patrem carum et terram domosque lugeat. Particulae ἢν sive ἐὰν μὴ indicant ea, quae excipienda sunt ex disputatorum genere. Possumus ita interpretari, ut cum Schoenio πλὴν ἐάν ποτε explicemus. Similiter Alcestidi adscribit poëta λευκὸν χρόα 153. Antiquum vitium ἢν μήποτε, quod et Porsonus et Elmsleius non intellexerant, sustulit Hermannus, scribens ἢν μή ποτε. Formula αὐτὴ πρὸς αὐτήν plus exprimit quam pronomen αὐτός per se spectatum. αὐτός est solus vimque eius augent addita οἷος et μόνος, sed αὐτὸς καθ' αὑτόν sive πρὸς αὑτόν est solitarius (Vide 50, 51). Scilicet maerentes ac honore privati solitudine delectantur. De verbi ἀποιμώζῃ formis non eadem praecipiunt viri docti. Matthiaeus ad Alc. 651 recte statuit: neque οἰμώζομαι nec οἰμώξω dicebant Attici, sed οἰμώζω et οἰμώξομαι. Ex hoc praecepto multi poëtarum loci aut emendandi sunt aut emendati. Igitur lectionem Porsono et Elmsleio probatam et receptam ἀποιμώξῃ reieceris, quod Kirchhoffium legere miror, quamquam in Romanis sive Vaticanis optimae notae codicibus habetur. Quum libri diversas formas praebeant, res ex grammaticis rationibus decernenda est. ἀφίκετο intellige in Thessaliam ex Colchide. ἀτιμάσας ἔχει. Haec verbi ἔχειν structura cum participio aoristi non tantum in Sophocleis et Euripideis frequentissima est, sed etiam oratores eam habent, ut Demosth. c. Phil. Γ, 12. ἔχει καταλαβών. Similiter

Latini verbis tenendi, habendi, possidendi cum participiis perfecti utuntur. Conf. Ramshornius §. 171, II, 2. In utraque lingua his locutionibus ea exprimuntur, quae facta sunt quorumque eventus nondum cessant, sed perdurant et continuantur. Quod Graeco perfecto exprimi solet. Aoristorum participia semper quidem notionem praeteritorum continent, ceteris modis haud definite tempus denotantibus; sed additum ἔχει efficit, ut praesens simul significetur. Cognitum habeo est cognovi et cognosco. Eodem modo ἀτιμάσας ἔχει contemtim tractavit et tractat. Scholiastes adscripsit: Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε, utens vocabulo ἀτιμᾶν, quod in Homeri carminibus legitur, apud tragicos vero non usurpatur, si excipias unum locum, Soph. Ai. 1108 μή νυν ἀτίμα θεοὺς, θεοῖς σεσωσμένος, in quo loco lectio multis probatur. Scholiastes debuisset scribere: ἠτίμασε καὶ ἀτιμάζει. Supra legimus ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη 20. Conf. interpp. ad Sophocl. Antig. 22. Valckenarius ad Phoenissas p. 712. Hermannus ad Bacchas 1082. Pflugkius ad h. l. Τούσδ' ἐρημώσας ἔχε 90. θαυμάσας ἔχω Oed. Col. 1140. στήσας ἔχεις Tyr. 699. Quanam significatione proprie ἔχειν in his circumlocutionibus ponatur, viri docti non satis explicuerunt. Videntur duae rationes huius usus esse. In aliis enim exemplis ἔχειν retinet habendi sive tenendi notionem, in aliis autem proxime accedit ad eum sensum, quo saepe statum et conditionem denotat, additis diversi generis adverbiis e. g. καλῶς, ἀφροντίςως, εὐνοϊκῶς, θαῤῥαλέως, πολεμικῶς al. Inde refutandum est, quod scholiastes annotavit: τὸ ἔχει ἐκ περισσοῦ. In verbis συμφορᾶς ὕπο praepositio postposita perspicue de caussa intelligitur. Non opus est, ut cum scholiasta ad οἷον vocem ἀγαθόν suppleamus; suggerendum tamen est ἐστί, quod verbum supprimi in sollemnibus formulis cum substantivis et adiectivis tirones sciunt. ἀπολείπεσθαι relinqui, deseri statuunt h. l. esse privari, collato loco Sophocleo τοῦ σοῦ μὴ ἀπολείπεσθαι τάφου El. 1160. Comparari possunt verba, quae infra leguntur 649. Ibi chorus feminarum Corinthiarum de amoribus disputans, inter alia haec eloquitur: μόχθων δ'οὐκ ἄλλος ὕπερθεν ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι. Attamen puto, verbum h. l. simpliciter esse discedere aut abesse. πατρῷος notat potissimum ea, quae a patre accepta; πάτριος illa, quae a maioribus tradita sunt, inprimis leges, consuetudines, instituta. Sed vocabula commutantur, quod in formulis, quae ad terram ac domum relatae sunt, saepe fit. οὐ γὰρ πατρῷον τόνδ' ἐδεξάμην νόμον Alc. 657. Quae scripsit Hermannus ad Med. 420, probata Krügero ad Xenoph. Anab. III, 2, 16: πάτρια sunt quae sunt patris; πατρῷα quae veniunt a patre; πατρικά qualia sunt patris. Πατρῷα autem tantum abest, ut eadem sint, quae πάτρια, ut sint ea, quae sunt κατὰ τὰ πάτρια, habent difficiliores explicatus. Mihi obscuriora esse videntur quam verba grammatici in Bekkeri Anecd. T. 1. p. 297, quae Hermannus dicit obscure differentiam indicare. Ille significare putat πατρῷα — χρήματα καὶ κτήματα καὶ τόπους, πάτρια τὰ ἤθη καὶ τὰ νόμιμα etc. De Latinis patrius et

paternus saepe a scriptoribus commutatis non est quod hoc loco disseramus. Haec dum scribimus, dolere profitemur, interpretes et lexicographos in synonymis Graecis circumspecte et subtiliter definiendis sive distinguendis non accuratiorem operam ponere solere. Inprimis ea desideratur in libris, qui in scholarum usus evulgantur. Ut iuvenes linguam Graecam Latinamve addiscant, non tantum allaborandum est, ut grammatica animo comprehendant, sed etiam ut vocabulorum significationes, ex eorum origine ac forma eruendas, et sensus e contextis expediendos recte queant discriminare. In ea re multa peccantur ab iis, qui significationem et sensum verborum non recte distinguunt. Inde et illud sequitur, ut quomodo ex primitiva significatione sensus figuratus sive metaphoricus exoriatur, non edoceantur, neque perspiciant, qui fiat, ut duorum vocabulorum fere idem significantium alterum improprie ponatur, alterum non item; aut si utrumque translato sensu in usu est, alterum hanc similitudinem sive comparationem indicet, alterum illam, ut in Latinis aequus ad iustitiam, planus ad perspicuitatem transfertur. Tritissima sunt vocabula γῆ et χθών, in Euripideis nostris saepius posita. Inter ea quid sit discriminis multis videbitur leve esse explicatu. Sed in scholis pernecessaria est earum rerum expositio. Vocabula ista de terra usurpari, quatenus coelo opponatur, permultis locis evincitur. V. 57 γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι. Aeschyl. Prometh. 349 κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονός. Eadem de singulis terrae partibus sive regionibus poni, manifestum est. Citamus exempla prologi nostri τήνδε γῆν Κορινθίαν 10. ὧν ἀφίκετο χθόνα 12. αἰσυμνᾷ χθονός 19. πατρῴας μὴ ἀπολείπεσθαι χθονός 35. Sed tamen et diversos habent significatus. Opponitur γῆ mari, v. c. in frequentissima illa formula κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. χθών hoc modo me legere non memini. γῆ igitur est, quod nos dicimus Land; χθών non item. Inde γῆ significat agrum sive arvum. Dicitur γῆν ἐργάζεσθαι, γεωργία, γεωργεῖν, γεωμόρος al. Denique γῆ solum est, ut ἀπαλλάσσουσα γῆς πρόσωπον 27. In Latinis humus similiter usurpatur. Omnis humo fumat Neptunia Troia Virg. Aeneid. III, 4. Humo convellere silvam. 24. χθών de inferis usurpatur. χθονίαν λίμναν Alc. 878. χθόνιος Ἑρμῆς Alc. 717, θεοὶ χθόνιοι. Postremo ubi de terra tanquam dea sermo est, semper γῆ ponitur. ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς 146. στυγεῖ δὲ παῖδας. ςυγεῖν, cuius formae cum aliis a ςύγειν deducendis permiscentur, ut στυγήσω, ἔστυξα non tantum de odio ponitur, sed etiam de horrore alicuius rei. Melius est vertere, Medea exhorrescit sive reformidat liberos, quam eos odio persequitur. Hoc et sequentia docent οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται. Non exhilarato animo laetatur, quum liberos conspiciat. Aliud εὐφραίνειν, aliud εὐφραίνεσθαι. Activum cum accusativis struitur aut personae aut substantivorum v. c. νόον, θυμόν; medium cum dativo et praepositionibus, ut εὐφραίνεθαι ἐπί τινι, τὸν πατέρα εὐφρανεῖν Lucia. Somn. §. 1. Infra 1047 legimus: ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες εὐφρανοῦσί σε. Apud Xenoph. Memorab. II, 1, 24

εὐφρανθῆναι de re turpi dicitur, antegressis τερφθῆναι et ἡσθῆναι. Cohaeret verbum cum εὔφρων, quod est hilaris, laetus, benevolus. Participium ὁρῶσ' de tempore sumendum est, quum videat, non de obiecto, quod est liberos visere. Eo igitur εὐφραίνεται definitur et explicatur. Notae sunt variae illae verborum classes, quae hoc modo cum participiis strui solent, v. c. verba sensuum, affectuum, cogitandi, declarandi, alia; sed quum eadem non raro etiam infinitivos assumant, quid discriminis efficiatur in re cogitanda hac constructionis diversitate quaerendum est. In nonnullis differentia perspicua est. Aliud dixeris φαίνεται σωφρονεῖν, aliud φαίνεται σωφρονῶν; aliud αἰσχύνομαι ποιῆσαι, aliud αἰσχύνομαι ποιήσας. Idem observari potest in verbis αἰδεῖσθαι, ὑπομένειν, ἀνέχεσθαι. Sed quod multis placet, participiis ad eiusmodi vocabula positis exprimi id, quod ipsi oculis cernimus, auribus audimus, animo cogitamus, sentimus et percipimus, infinitivis vero significari ea, quae aut ab aliis accepta novimus, aut ipsi volumus et molimur, multis in locis scriptorum verum haberi non potest. In promtu sunt haec exempla: Demosth. in Midiam §. 3 ἐὰν ἐπιδείξω Μειδίαν τουτονὶ μὴ μόνον εἰς ἐμέ, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς καὶ εἰς τοὺς νόμους καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑβρικότα etc. Lycurgus in Leocrat. 23. λέγεται ἐν Σικελίᾳ — ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι. — — ἕνα δέ τινα τῶν νεωτέρων, ὁρῶντα τὸν πατέρα πρεσβύτερον ὄντα καὶ οὐ δυνάμενον ἀποχωρεῖν, ἀλλὰ ἐγκαταλαμβανόμενον, ἀράμενον φέρειν etc. Xenoph. Memorab. II, 1, 23. ὁρῶ σε, ὦ Ἡράκλεις, ἀποροῦντα. Ego simpliciter retineo notionem status, quo quis cogitatur esse, et rationem temporis, quod utrumque inest in participiis, quoniam iis omnis eorum structura caussalis, conditionalis et concessiva explicari debet. δέδοικα δ' αὐτὴν — δειμαίνω τέ νιν. In his subiectum propositionis subordinatae in enuntiatione palmari sive absoluta loco obiecti positum est, quod non raro invenitur, etiam apud Latinos. Vereor ne ipsa quidquam novi moliatur; vereor, ne acutum mucronem per iecur trudat. νέος de animantium adolescentia et rerum novitate in usu est. Κακὸν νέον opponitur παλαιῷ 79; παλαιὰ καινοῖς 76. Inprimis autem νέα sunt res insperatae, ex improviso accidentes periculosae et adversae. Infra 1110 est καινὸν κακόν, quod non idem esse dico, sed comparari potest. Idem est ex re ipsa: μή τι βουλεύσῃς κακόν. 321. μῶν τι βουλεύει νέον; Soph. Phil. 1229. Schoenius ad h. l. recte δεινόν et κακόν explicavit. Conf. 317. Nonnulli codices Vaticani et Lascaris habent κακόν, quod Kirchhoffius recepit. Nobis ex glossa ortum esse videtur. βαρεῖα φρήν exponitur a scholiasta βαρυνομένῃ λύπῃ, a Schoenio βαρέως φέρουσα λύπην, moleste ferens maerorem. βαρύς, quod de pondere et onere; de robore ac fortitudine; de voce et sono, de rerum molestia et calamitatum angustiis usurpari scimus, ad hominum ingenium translatum iracundiam et violentiam notat. Praefero interpretari, mens Medeae est violenta. Hanc vocis notionem Hermannus indicare voluisse videtur, ad Soph.

Antig. 763 explicans, βαρύς est, a quo grave quid metuendum. Bene Schoenius comparavit verba Creontis γυνὴ ὀξύθυμος 323. Praeterea vide 138 βαρύθυμον ὀργάν; βαρὺς χόλος 1238; 104 φρενὸς αὐθάδους. Apud Sophoclem Oedipus βαρυνθεὶς dicitur, ira correptus Tyr. 781. Pro τήνδε exspectaveris αὐτὴν non habita ratione versus. Sed nutrix quasi praesentem Medeam monstrat. Post verba δειμαίνω τέ νιν Nauckius duo versiculos e contextis eiecit: μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος. Quum ista verba 380 repetantur, alii viri docti ea hoc loco eliminare voluerunt, alii illo. Defenderunt Firnhaberus et Klotzius; retinuerunt Kirchhoffius et Schoenius. Non omisit quidem Elmsleius, sed tamen infra melius legi arbitratur. Porsonus verba σιγῇ — λέχος, quae censet simpliciter huc retracta esse ex 381. h. l. non recepit; Valckenarius ad Phoeniss. 1286 infra delenda esse statuit. Si versiculi h. l. leguntur, sine dubio non eo sensu explicari possunt, quo infra interpretanda sunt. Nam ibi perspicue de Glauca et Creonte enuntiantur, in nostro vero prologo propter sequentia ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ aut de Medea ipsa aut de eius liberis intelligantur oportet. Me iudice, non omittendi sunt. Nam in codicibus nulla varietas est, et Euripides in prologis multa indicat, ut auditores lectoresve praesagire ac divinare possint, quae ad fabulae enarrationem ac descriptionem pertinent. Hoc bene scholiastes perspexit dicens: ἔθος γάρ ἐστιν αὐτῷ προλέγειν τὰ μέλλοντα sive ut in antegressis legitur ὁ δὲ Εὐριπίδης τὰ μέλλοντα ἀναφωνεῖ. Praeterea versus repetiti non offendunt; hi inveniuntur in omnibus poëtis. Iam si illa genuina habentur, de eorum sensu quaeritur. Ac scholiastes quidem dubius est, oporteatne ea explicari de liberis Medeae, an de Medea ipsa. Dicit enim ἐπὶ τῶν παίδων ἀκουστέον. δύναται δὲ καὶ ἐπὶ αὐτῆς ἀκούεσθαι. De Medea ipsa non intellexerim. Nam de eius mortis genere, quantum scio, nil scitur. Exspectaveris etiam ὤσηται. De liberis, qui ferro iugulati sunt a matre scelerata, capi non nequeunt. Conf. 1320 sqq. Tunc λέχος esset lectus, in quo dormiebant. De Medea si intelligitur, esse debet lectus coniugalis, in quo sibi ipsa mortem consciscere voluerit. Difficultas est, quod verba σιγῇ εἰσβᾶσ' docere videntur, non cogitandum esse de domo ipsius Medeae, in quam non fuit quod tacite intraret, sed de domo Glaucae sive Creontis, quae 382 δῶμα νυμφικόν nominatur. Sed optimo iure quispiam dicat, caussam fuisse, cur necem perpetratura in eas domus partes tacite intraret, ubi liberi dormiebant. Recentiore tempore qui verba illa probant, de Glauca, Iasonis sponsa, interpretantur, quod ex additis verbis recte et defendi et evinci posse putant. Apposite Schoenius: Da von einer Rachethat die Rede ist, deren Unternehmung die Amme befürchtet, so muss sie hier schon auf eine der Personen, die der Medea Kränkung bereitet haben, als muthmasslichen Gegenstand des Wuthausbruches hinweisen. Die Vermuthung, dass der Wuthausbruch der Medea sich zuerst gegen die Nebenbuhlerin richten

werde, entspricht auch gerade der psychologischen Erfahrung. Attamen non praetereundum est, Glaucam non ferro obtruncatam esse, sed vestibus venenatis confectam, quae ipsi a Medea donatae erant et per liberos traditae. Eodemque modo interemtus est Creon, eius pater 1126 sqq. Creonta intelligunt per τύραννον et τὸν γήμαντα de Iasone sumunt. Iam vero Iason omnino non interfectus est, neque Creon, ut diximus, ferro. Loquitur tamen Medea et de Iasone interficiendo 165 et 379. νεκροὺς θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ' ἐμόν. Eodemque modo ante Creon 291 per nuntios eam rem edoctus: τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην. Igitur remanent difficultates vix expediendae. Si quis dicat, non opus esse ut nutrix de mortis genere accurate disputet, respondeo, poëtam sibi non contradicere posse. Aliud est, si Medea ipsa de mortis generibus, quibus tres inimicorum, Creon, Glauca et Iason afficiendi essent, deliberat 380. Ibi commemoratur incendium, ferrum, venenum. Aliud est, si poëta tragicus in fabulae prologo ea praesignificat, quae in rerum inter se nexarum ordine ac serie eventura sunt. Igitur statuo verba μὴ θηκτὸν — λέχος de liberis capienda esse; sequentia τύραννον τόν τε γήμαντα de Glauca et Iasone. Nam Glauca nominatur νύμφη τύραννος 1055. ἡ τύραννος κόρη 1115; regis filia. νύμφη βασιλίς 970. De eadem usurpantur formulae νεογάμου κόρης 328; νεοδμήτου 620; νεοζύγου νύμφης 799; νέανις 1140. Haec ratio propter addita τόν τε γήμαντα praeferenda esse videtur. Similiter γήμας τύραννον 866. Scribe pro ἢ καὶ τύραννον facili emendatione ἢ τὴν τύραννον. Iam dixeris, hoc modo non sermonem esse de Creonte occiso. Opinor de eo rege noluisse quid poëtam praemonere, aut nutricem non cogitasse, sive metu quodam sive veneratione adductam. Vides eam contra sermonem facere de Iasone non occiso, quem occisum iri temere divinavit. Ut Creon simul intelligi possit, scribere possumus ἢ τοὺς τυράννους sive, quod Scaligerus voluit, dualem τυράννω. Restant duae aliae rationes, quae mihi in mentem venerunt, ad istum vexatum locum expediendum. Ut Iasonem non interfectum ex verbis removeamus, τόν τε γήμαντα aut aliter interpretandum est aut corrigendum. Quumque nulla varietas lectionis sit, totus autem locus tali modo compositus, ut res obscurius enuntientur, in vocabulo γήμαντα ex proposito poëtae latere potest singularis quidam sensus. Scilicet hoc verbum, quamquam raro, usurpatur etiam de parentibus, qui liberos in matrimonium collocant, ex qua antiquorum consuetudine significationem vocabulorum sponsi et sponsae recte explicaveris. Hoc si quis statuere velit ab Euripide factum esse, verba τύραννον τόν τε γήμαντα de Glauca et Creonte capi possunt, qui filiam Iasoni nuptum dedit. Igitur esset τὸν γήμαντα idem, quod 265 τὸν δόντα θυγατέρ'. Sensus autem propterea ambiguus, quoniam auditores etiam de Iasone cogitare poterant. Attamen huic coniecturae audaciori non multum tribuo, quum idonea atque indubitata eius verbi usus exempla desunt. Audacissima ratio, quam quis possit suadere, nititur verbis

Medeae, quibus usa est 603 μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε; ubi per ironiam γαμεῖν de femina positum est, quae γαμεῖσθαι dicatur oportet. Inde statui queat, τὸν γήμαντα per enallagen generis et cum irrisione de Glauca intelligendum esse, hocque ex composito eo modo enuntiatum, ut ambiguum esset, utrum de Iasone an de Glauca nutrix verba faciat. His dubitationibus missis, optimum nobis esse videtur, quod supra iam dictum est, ut verba μὴ θηκτὸν — ἥπατος de liberis explicentur a Medea devotis 114. Illi paullo ante commemorati sunt iisque nutrix timet dicens ςυγεῖ δὲ παῖδας 36. Praeterea verba sequentia, σιγῇ — λέχος, quae de propria Medeae domo non bene intelliguntur, transponantur oportet post versiculum ἢ καὶ τύραννον — κτάνῃ, quod et aliis visum est. Hoc si facimus, recte ista verba de domo Glaucae capiuntur et inprimis λέχος de lecto geniali sive coniugali, in quo occisura est desponsatos, quamvis non factum sit. Sermo igitur est de liberis ferro interficiendis, de Glauca et Iasone clam obtruncandis, non definita eius necis ratione. Ceterum si coniecturis locus sanari debet, mihi inveteratum quoddam vitium in verbis inesse videtur. Displicet θηκτόν, quod qua de caussa h. l. necessarium sit non assequor, quamvis facinoris atrocitatem recte exprimat. Suspicari licet in eo vocabulo formam quandam vocis τέκνον latere. Si per trimetri leges liceret, scriberem τέκνων. Is vero in paribus iamborum sedibus non admittit spondeum. Fortasse accusativus τέκνον ferri potest: vereor, ne quod ad infantem attinet trudat per praecordia ferrum, h. e. vereor, ne puerum occidat. Aut legendum est τέκνα γ' — φασγάνῳ. Monebunt, in aliis locis θηκτός ad similia vocabula poni, ut Phoeniss. 68 θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε. Inde tamen non sequitur, et h. l. verum ac sincerum esse. Addere volumus, de Glaucae et liberorum Medeae morte alia tradidisse Pausaniam in Corinthiacis lib. II, 3, 118 atque in nostro dramate Euripideo facta esse feruntur. Fuit Corinthi κρήνη καλουμένη Γλαύκης· ἐς γὰρ ταύτην ἔρριξεν αὑτὴν (ὡς λέγουσι) τῶν Μηδείας ἔσεσθαι φαρμάκων τὸ ὕδωρ νομίζουσα ἴαμα. ὑπὲρ ταύτην πεποίηται τὴν κρήνην καὶ τὸ καλούμενον Ὠιδεῖον. παρὰ δὲ αὐτὸ μνῆμά ἐστι τοῖς Μηδείας παισὶν, ὧν ὀνόματα μέν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης, καταλιθωθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίων λέγονται τῶν δώρων εἵνεκα, ὧν τῇ Γλαύκῃ κομίσαι φασὶν αὐτούς. μείζω συμφοράν de supplicio, quo fieri potest ut puniatur, cogitaveris. Proprie tamen συμφορά de poena non usurpant, sed de rebus et adversis et secundis. Additum τινά ostendit, nutricem de maiore quadam calamitate loqui. δεινὴ γάρ interpretor ut supra βαρεῖα φρήν. Conf. 639 δεινὰ Κύπρις. 120 δεινὰ τυράννων λήματα. Quum nihil additum sit, ad quod δεινή referatur, vehemens, violenta esse videtur, quod antegressis maxime consentaneum esse videmus. Citat Clemens Alexandrinus Stromat. II, p. 388. Ed. Sylb. hos versus de Medea: καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά, θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Legis eos 1066, 1067. Per medias rapit ira caedes

Hor. Od. III, 2. Potest tamen et callida verti, ut δεινὰ Φύσις Soph. Oed. Col. 212. δεινόν proprie significat, quod timendum est. Nam terminatio νός sensum passivum habet in adiectivorum formis, distinguenda ea re ab syllaba λός, quae activi quid designat. δεινά sunt omnia, quae sua natura, magnitudine atque atrocitate metum iniiciunt hominibus, reverentiam eorum excitant iisque mirationem faciunt. δεινὸν ἔργον 1111. δεινὸν θέαμα 1157.

συμβάλλειν congerere, conserere, confligere definitur adiunctis substantivis. Dicitur συμβάλλειν λόγους, χρήματα, μάχην, ἔριν 518. Hoc in loco ἔχθραν addidit poëta, quod etiam de civitatibus inter se certantibus usurpatur. Isocr. Paneg. 2, 15. Struxit verbum ex ratione ceterorum, quae habent pugnandi cum aliquo significatum, h. l. cum dativo. ᾄσεται. Vulgata est οἴσεται. Qui cum Medea contentionem habet inimicam, profecto non facile καλλίνικον οἴσεται coronam feret, quae est victoriae praemium pulcherrimum. Suggeritur στέφανον, quod plurimis placet. Commemorantur καλλίνικα στέφη Phoeniss. 825, qui locus Euripideus a Platone Alcibiad. II. p. 151 excitatus est mutatis lectionibus, quas Buttmannus ad h. l. diiudicat. Porsonus, praeeunte Mureto, aliique scripserunt ᾄσεται, supplentes ᾠδήν, ὕμνον sive μέλος, quae vocabula cum καλλίνικος coniuncta habentur apud poëtas. Coniectura ista satis speciosa est. Nam a Mureto et Elmsleio exempla Euripidea allata sunt, quae firmare videntur. Herc. 180. τὸν καλλίνικον — ἐκώμασε. 680. τὰν Ἡρακλέους καλλίνικον ἀείδω al. Kirchhoffius retinuit οἴσεται. Nauckius nollem recepisset ᾄσεται propter vocabula οὔτοι ῥαδίως γε, quae non satis apte cum verbo ᾄσεται iungi videntur. Omnino locutio καλλίνικον οἴσεται sive ᾄσεται habet, quo offendamur. Non accommodatum dixeris personae nutricis, sive intellexeris de corona sive de epinicio. Quumque articulus desit, qui necessarius est, ut singulare quid significetur, ex mea sententia καλλίνικον φέρεσθαι positum est, ut Alc. 1039 νικητήρια λαβεῖν, et significat victoriam sibi parare. Similia sunt Homerica κῦδος, ἄεθλα φέρεσθαι al. Si quid mutandum esset, scribi posset καλλίνικος οἴχεται, victor discedit, intellecto ὤν, quod omittitur, sive etiam εἴσεται experietur contentionem victricem. καλλίνικος est victor, victrix, ut infra: νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι, γενησόμεσθα. ἰδεῖν significare potest experiri Aristoph. Pac. 346. Joh. 8, 56. ἐκ τρόχων. Et scriptura et constructio diversa est. Aliud significat τροχος ὀξυτόνως, aliud παροξυτόνως scriptum. Τρόχος est cursus, cursor et stadium. Τροχός vero significat rotam, orbem. Qui scripsit ποίημα νουθετικόν, dicit: ὁ βίος τροχός. Deinde vox ponitur de puerorum lusu, qui et κρικός, circulus, appellatur. Elmsleius voluit scribere τροχῶν, quod dicit Pflugkius defendi posse ex Virg. Aeneid. VII, 378, coll. Tibull. I, 5, 3. Virgilius Amatam, Latini coniugem, eiusque furorem, quo per urbes agitur, describens haec posuit:

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,

Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent; ille actus habena
Curvatis fertur spatiis, rell.

Sed non facile concesseris, trochum et turbinem esse eundem ludum. Recte Heynius ad Virgil. l. c. observat: turbo lignum illud conoides, quo pueri ludunt, diversum a trocho, qui aeneus vel alterius materiae circulus est. At turbo est ῥόμβος vel βέμβιξ. Trochum Graecum commemorat Horatius, Od. III, 24, dicens:

Nescit equo rudis
  Haerere ingenuus puer,
Venarique timet; ludere doctior,
  Seu Graeco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea;

ad quem locum Mitscherlichius Scheffer. de re vehic. I, 6, p. 57 et H. Mercurial. de arte gymn. III, 8 excitavit de trocho disputantes. Plurimi retinent τρόχων. Id strui potest cum voce πεπαυμένοι. Nam παύεσθαι non tantum genitivum assumit (παύεται γόων 59), sed etiam cum praepositione ἐκ ponitur. Conf. Soph. Elect. 987. Est igitur cessantes a cursibus. Alii autem coniungunt ἐκ τρόχων cum verbo ϛείχουσι intelliguntque per substantivum locum, in quo curritur; discedunt stadio, quod nescio an ferri possit propter pluralem in τρόχων, quamquam Hesychius per δρόμων explicat de stadio usitatum. Infra 1153, 1154 recte scribitur:

ἤδη δ' ἂν ἕλκων κῶλον ἐκπλέθρου δρόμου
ταχὺς βαδιϛὴς τερμόνων ἀνθήπτετο,

ubi de stadio sermo est sex plethra longo. Male scholiastes: κῶλον ἔκπλεθρον μέγα πήδημα καὶ ὑπερβαῖνον πλέθρου μέτρον. Habet et Xenophon Anabas. IV, 8, 25 δρόμου ἐπιμεληθῆναι, quod Weiskius recte interpretatur, ut designaret locum ad currendum, ut verba sequentia §. 26 ὅπου τὸν δρόμον πεποιηκὼς εἴη Krügerus: quem currendi locum electum parasset. Nec repugno, si quis ad pluralem τρόχων conferri posse contendat πεσσοὺς, quod vocabulum Euripides 68 de loco posuit, quo calculis luditur. Sed illud refutandum esse censeo, quod ἐκ τρόχων cum πεπαυμένοι iungentibus obiici posse videatur, non habere ϛείχουσι, quo definiatur. Loci notio inest in pronomine οἵδε, huc accedunt. Vid. 1118. Conf. Wunderus ad Antig. 155. Quum non sermo esse videatur de ludis sollemnibus, in quibus ex more Graecorum liberi sive ingenui pueri in stadio currebant, retineo significationem cursus. Conf. interpp. ad Xenoph. Anab. IV, 8, 27. Ceterum de stadio Minervae Perspicacis (Ἀθηνᾶς Ὀξυδερκοῦς), quod apud Corinthios nobile fuit, hoc loco non disputandum est.

μητρὸς — κακῶς strue οὐδὲν κακῶν μητρὸς ἐννο. Nam ἐννοεῖσθαι plerumque cum accusativis iungitur. Si vero cum genitivo struitur, ut verba ἀκούειν, πυνθάνεσθαι, συνιέναι, μνημονεύειν al. aut accusativus substantivi addendus est aut sequi debet propositio, quae exprimat quid reputetur aut consideretur. νέα φροντίς perspicue est νέων Φροντίς, ut apud Horatium Od. IV, 15. et veteres revocavit artes h. e. veterum Romanorum virtutes. Similiter infra 958 πλουσίους δόμους pro πλουσίων. Verbum φιλεῖ h. l. vertas solet. Quae eius significatio non male ex eo deducitur, quod etiam inclinare ad aliquid denotat. Hoc sensu saepius invenitur in Sophocleis dramatis et Herodoti Musis El. 312 φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα. Oedip. Tyr. 569 ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ. Herod. 7, 9, 3, ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίγνεσθαι. Huc et pertinet locus apud Matthaeum 6, 5, οἱ ὑποκριταὶ φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, ubi Erasmus recte solent vertit, alii, interprete vulgato auctore, amandi significationem retinent. Latini, inprimis poëtae et argenteae, quam dicunt, aetatis scriptores, ut Plinius et Tacitus, vocabulum amandi eodem modo ponunt, ut solere significet. Addimus ex Horatio haec exempla: Odar. II, 3 umbram hospitalem consociare amant. Odar. III, 16, 10.

Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa potentius
Ictu fulmineo.

Pag. 16. lin. 7. leg. p. evaturas — levaturas.

Schulnachrichten.

I. Lehrverfassung

während des Schuljahres von Ostern 1854 bis dahin 1855.

Prima.

(Ordinarius: Director Dr. *Münscher*).

Griechische Sprache. Homers Ilias von B. XIV, 361 bis XVIII, 200. 1 Stunde wöchentlich bis zum Ende Januars. (Dr. *Hupfeld*). Griechische Lyriker nach Bachs Anthologia graeca mit Ausw. (Sommer); Euripides Medea (Winter); 2 St. (Dr. *Fuldner*); Platons Apologie des Socrates (S.); Platons Kriton bis zu Ende und Phaedon Kap. 1—13. 63—67 (W.) 2 St. (Dir. Dr. *Münscher*); Scripta nach Franke 3. Curs. nebst Wiederholung der Syntax nach Buttmann §. 122—133 (S.); 134—145 (W.) 1 St. (Dr. *Fuldner*).

Lateinische Sprache. Horatius Oden B. I und II und einige Epoden (S.); Oden B. III und IV (W.) 3 St. (Dr. *Fuldner*). Cicero de oratore B. III, 5—24 (S.); 27—29. 31—51 (W.) 2 St.; Scripta nach Süpfles Aufgaben für die obersten Classen I, 51—60 II, 116—118. 130—142 (S.); I, 1—9 (W.) 1 St. (Dr. *Soldan*); Tacitus Historien I, 1—11. 40—61. II, 41—50 (S.); II, 73—80. IV, 12—37. 54—79. V, 14—26 (W.) nebst Uebungen in mündlicher lateinischer Erzählung 2 St.; lateinische Aufsätze nach Livius im erzählenden Stil (S.); im Redestil (W.) 1 St. (Dir. Dr. *Münscher*).

Deutsche Sprache. Deutsche Grammatik nebst gothischen und althochdeutschen Sprachproben n. Vilmar (S.) 3 St.; Nibelungenlied v. Anf. bis zu Ende mit wenig Ausl. (W.) 2 St.; Aufsätze und Declamations-Uebungen (S. u. W.) 1 St. (Pf. *Dithmar*).

Französische Sprache. Siècle de Louis XIV. par Voltaire und lyrische Gedichte (S.); Louis XI. par Delavigne (W.); Grammatik nach des Lehrers Lehrbuche §. 108—124; schriftliche Uebungen, theils freie Arbeiten theils Uebersetzungen n. des Lehrers Uebungsbuche 2. Curs. 2 St. (Dr. *Collmann*).

Hebräische Sprache. Grammatik n. Gesenius von Anfang bis zu den unregelm Verbis (S.); von da bis zum Ende des etymologischen Theils nebst dem Wichtigsten aus der Syntax (W.) 1 St. Erklärung von Stücken aus der Genesis, aus dem Buche der Richter, von Psalmen, von Stücken aus Jesaias nach Gesenius Lesebuch. 1 St. (Dr. *Fuldner*).

Religionslehre. Geschichte des Reiches Gottes im Alten Bund (S.); Geschichte der christlichen Kirche bis auf Constantin (W.) 2 St. (Dir. Dr. *Münscher*).

Weltgeschichte. Wiederholung der morgenländischen und griechischen Geschichte bis 500 v. Chr. (S.) 2 St.; Wiederholung der späteren griechischen Geschichte bis 200 v. Chr. sowie der Anfänge der römischen Geschichte (W.) 3 St. (Dir. Dr. *Münscher*).

Mathematik. Wiederholung arithmetischer Lehren nach Hartmann §. 1—123 (S.); Uebungen im Auflösen eingekleideter algebraischer Aufgaben (W.) 2 St.; Wiederholung der ganzen ebnen Elementargeometrie nach Sadebeck und Auflösung von Constructions-Aufgaben aus Wöckels Sammlung (im S. und theilweise im W.); die Elemente der Stereometrie n. Stegmann vollständig, die Elemente der ebnen Trigonometrie nach demselben theilweise (W.) 2 St. (Dr. *Grebe*).

Physik. Licht und Wärme n. Eisenlohrs Elementen §. 107. u. w. (S.); mechanische Erscheinungen 1. Theil nach Eisenlohr, §. 1—58 (W.) 2 St. (Dr. *Ritter*).

Secunda.

(Ordinarius: Gymnasiallehrer Dr. *Soldan*).

Griechische Sprache. Homers Odyssee B. XVII, 291 bis XVIII zu Ende (S.); B. XIX—XX, 290 (S.) 2 St. (Dr. *Weber*); Xenophons Anabasis B. VII, 4, 1 bis zu Ende (S.); B. IV bis zu Ende (W.) 2 St.; Grammatik nach Buttmann §. 122—133 (S.); §. 134—145 (W.) 1 St.; Scripta n. Franke (Verba anomala) 1 St. (Dr. *Fuldner*).

Lateinische Sprache. Virgils Aeneide B. I (S.); B. II bis III, 120 (W.) 2 St. (Dr. *Fuldner*). Ciceros Reden pro lege Manilia (S.) (Dr. *Soldan*); pro Marcello (Pr. *Birken-*

stamm), pro Archia (Dr. *Soldan*) (W.) 2 St. Livius B. XXVII, 41—51. XXVIII, 13—18. 40 XXIX, 1. 22—30 (S.) XXX, 1—9. 16—45 (W.) 3 St. Grammatik n. Zumpt §. 689—737 (S.); §. 737—820 verbunden mit mündlichen Aufgaben zur Einübung der erläuterten Abschnitte (W.). 2 St.; Scripta nach Süpfles Aufgaben für obere Classen I. Nr. 50—63. 68. 77—84 (S.); 85—100 (W.) 1 St. (Dr. *Soldan*).

Deutsche Sprache. Lesen und Erklären Deutscher Gedichte nach Wackernagels Auswahl nebst Einübung der deutschen Metrik, namentlich des Strophenbaues, mit Declamations-Uebungen und Aufsätzen abwechselnd 2 St. (Dr. *Hupfeld*, zuletzt Dr. *Weber*).

Französische Sprache. Lectüre nach des Lehrers Lesebuche. Geschichte der franz. Revolution v. Mignet (S.); lettres Persanes und einige poetische Stücke (W.) 1 St. Grammatik nach des Lehrers Lehrbuche: unregelmässige Zeitwörter und Wortstellung; schriftliche Uebungen nach des Lehrers Uebungsbuche 1. Cursus nebst freien Arbeiten. (Dr. *Collmann*, zuletzt Pr. *Birkenstamm*).

Religionslehre. Erklärung des Johanneischen Evangeliums (S.), des Römerbriefs bis Cap. 8 (W.) 2 St. (Dr. *Hupfeld*).

Weltgeschichte. Geschichte des Mittelalters nach Dittmar von 1096—1273 (S.), bis 1517 (W.) 2 St. (Dr. *Hupfeld*, zuletzt Dr. *Weber*).

Geographie. Ethnographie und Statistik von Europa nach des Lehrers Lehrbuche §. 66—70 (S.), §. 71—87 (W.) 2 St. (Dr. *Ritter*).

Mathematik. Die Elemente der Arithmetik §. 1—123 mit Auswahl (S. und theilweise W.); die Elemente der ebnen Trigonometrie nach Stegmann §. 1—18 (W.) 2 St.; Wiederholung und Ergänzung der ebnen Elementargeometrie nach Sadebeck; Auflösung von Constructions-Aufgaben aus Wöckels Sammlung 1. u. 3. Abschnitt (S. u. W.) 2 St. (Dr. *Grebe*).

Naturgeschichte. Beschreibung einheimischer und der wichtigsten ausländischen Pflanzen, nebst systematischer Uebersicht (S.); Beschreibung krystallisirter Mineralien (W.) 1 St. (Dr. *Ritter*).

Tertia.

(Ordinarius: Gymnasiallehrer Dr. *Collmann*.)

Griechische Sprache. Homers Odyssee B. II, 175 bis III zu Ende (S. u. W.) 2 St. (Dr. *Collmann*, ein Vierteljahr Pr. *Birkenstamm*). Xenophons Anabasis B. I, 1—3 (S.), 4—8 (W.) 2 St.; Scripta nach Franke 1. Curs. Substantiva (S.); Adiectiva und

Numeralia (W.) 1 St. (BL. *Schimmelpfeng*); Grammatik nach Buttmann Wiederholung von den regelmässigen Verbis und denen auf $\mu\iota$ §. 82—110 (S.); Verba anomala §. 114 (W.) 1 St. (Dr. *Soldan*).

Lateinische Sprache. Ovids Metamorphosen B. X, 86—220. XI, 1—220 (S.); XI, 346—748. XII, 1—168 (W.) mit Auswendiglernen von XI, 146—179 und XII, 39—63 und Einübung der Quantitätslehre nach Zumpt Cap. 3. 2 St. (BL. *Schimmelpfeng*). Caesar de bello Gallico B. I, 1 bis III, 9 (S. u. W.) 4 St.; Grammatik — Casus nach *Putsche* (S.); Infinitiv, Particip., Gerund. und Supin. nach Zumpt mit vielen schriftlichen Uebungen. 2 St.; Scripta nach Süpfle 1. Curs. 1 St. (Dr. *Collmann*).

Deutsche Sprache. Lesen und Auswendiglernen nach Bachs Lesebuche (die letzten Stücke des poetischen und prosaischen Abschnitts), sowie Aufsätze. 2 St. (Pf. *Fenner*).

Französische Sprache. Nach des Lehrers Vorschule 1. Cursus von Anfang bis zu Ende. 3 St. (Dr. *Collmann*).

Religionslehre. Geschichte des Alten Bundes nach den biblischen Büchern, vom Tempelbau bis zum Aufhören der Prophetie (S.); Erklärung der Artikel des christlichen Glaubens bis gegen den Schluss des 2. Artikels (W.). 2 St. (Pf. *Fenner*).

Weltgeschichte. Geschichte der Römer nach Dittmar bis zum Krieg gegen Tarent (S.); bis auf Augustus (W.). 2 St. (Im ersten Monat Dir. Dr. *Münscher*, dann Pract. *Birkenstamm*).

Geographie. Europas Bodengepräge und Gewässer nach des Lehrers Lehrbuche §. 24. 2 St. (Dr. *Ritter*).

Mathematik. Die vier ersten Grundoperationen der Buchstabenrechnung, Erörterung des Decimalsystems, Ausziehen der Quadrat- und Cubikwurzel, bisweilen wiederholende Uebungen in den Rechnungen des gemeinen Lebens. 2 St. Die Elemente der ebenen Geometrie nach Sadebeck (mit Ausschluss der Kreisrechnungen). 2 St. (Dr. *Grebe*).

Naturgeschichte. Pflanzenbeschreibung (S.); Gesteinslehre (W.). 1 St. (Dr. *Ritter*).

Schönschreiben. 1 St. im S. (Conrector *Kutsch*).

Quarta.

(Ordinarius: Gymnasiallehrer Pfarrer *Dithmar*).

Griechische Sprache. Grammatik nach Buttmann Repetition der Declinationen, Formenlehre der regelmässigen Verba, Conjugation in $\mu\iota$; Lectüre angemessner Beispiele in Jacobs Elementarbuch und Scripta nach Hess mit Ausw. 4 St. (Pf. *Dithmar*).

Lateinische Sprache. Phaedrus B. V. und einige Fabeln des Anhangs (S.); B. I u. II

(W.). 2 St. (BL. *Schimmelpfeng*); Cornelius Nepos Miltiades — Timotheus. 4 St.; Grammatik nach Putsche, Repetition des syntactischen Cursus der Quinta, dann die Syntax weiter bis zu Ende; dazu entsprechende Scripta nach Spiess Anleitung für Quarta. 3 St. (Pf. *Dithmar*).

Deutsche Sprache. Lesen und Auswendiglernen nach Bachs Lesebuche, Balladen und Romanzen (S.); epische Stücke (W.), sowie Aufsätze. 2 St. (Dr. *Weber*).

Religionslehre. Wiederholung der biblischen Geschichte Alten und Neuen Bundes nach Löhr in der Bearbeitung des Lehrers (S.); Erklärung der fünf Hauptstücke christlicher Lehre nach dem Hessischen Landeskatechismus, sodann des Kirchenjahres. 2 St. (Pfr. *Dithmar*).

Weltgeschichte. Uebersicht derselben nach Kohlrauschs Tabellen, 1.—7. Periode (S.), 8. und 9. Periode mit Wiederholung des Früheren (W.). 2 St. (Dr. *Weber*).

Geographie. Europas räumliche Verhältnisse, Gebirgszüge und Gewässer nach des Lehrers Lehrbuche §. 16 und §. 24 n. Ausw. 2 St. (Dr. *Ritter*).

Mathematik. Rechnungen des gemeinen Lebens nach Fölsings Rechenbuch 2. Theil Cap. 1—6. 3 St. Vorübungen zur ebenen Geometrie mit Benutzung von Sadebeck. 1 St. (Dr. *Grebe*).

Naturgeschichte. Vögel (S.); Säugethiere (W.). 2 St. (Dr. *Ritter*).

Schönschreiben. 2 St. (Conr. *Kutsch*).

Quinta.

(Ordinarius: Gymnasiallehrer Dr. *Hupfeld;* zuletzt Pract. *Birkenstamm.*)

Griechische Sprache. Grammatik nach Buttmann (Nomina, Numeralia, Pronomina) §. 34—80. verbunden mit mündlichen und schriftlichen Flexions-Uebungen, zugleich Lectüre entsprechender Stücke in Jacobs Elementarbuch S. 1—18. 2 St. (Im ersten Monat Dr. *Hupfeld*, dann Pract. *Birkenstamm*).

Lateinische Sprache. Grammatik nach Putsche, Wiederholung der gesammten Formenlehre und aus der Syntax die Casuslehre §. 1—57. 2 St.; Lectüre nach der Anleitung von Spiess S. 1—82. 5 St.; Scripta ebenfalls nach Spiess, mit den Lesestücken parallel laufend. 2 St. (Dr. *Hupfeld;* zuletzt Pract. *Birkenstamm*).

Deutsche Sprache. Lesen und Auswendiglernen nach Bachs Lesebuche. 2 St.; Aufsätze. 1 St.; Uebungen in der Satzbildung und Rechtschreibung. 1 St. (BL. *Schimmelpfeng*).

Religionslehre. Biblische Geschichte des Neuen Bundes nach Löhr Nr. 1—88. 2 St. (Pf. *Fenner*).

Weltgeschichte. Biographieen aus dem Mittelalter und aus der neueren Zeit nach Seemann Nr. 48–74. 2 St. (Im ersten Monat Pf. *Fenner*, dann Pract. *Birkenstamm*).

Geographie. Europas räumliche Verhältnisse, Gebirgszüge und Gewässer nach des Lehrers Lehrbuche §. 16 und §. 24 mit Ausw. 2 St. (Dr. *Ritter*).

Mathematik. Das Rechnen mit Brüchen nach Fölsings Rechenbuch 1. Theil 3. Abschnitt. 3 St. (Dr. *Grebe*).

Naturgeschichte. Anfangsgründe der Pflanzenbeschreibung (S.); Beschreibung und Vergleichung bekannter einheimischer Wirbelthiere (W.) 1 St. (Dr. *Ritter*).

Schönschreiben. 3 St. (Conr. *Kutsch*).

Sexta.

(Ordinarius: Gymnasiallehrer Dr. *Weber*.)

Lateinische Sprache. Grammatik nach Putsche, die regelmässigen Formen (S); die unregelmässigen mit Wiederholung der regelmässigen (W.) 4 St.; schriftliche und mündliche Uebungen nach Spiess Cap. 1—13 (S.); Cap. 13—22 (W.) 6 St. (Dr. *Weber*).

Deutsche Sprache. Lesen und Auswendiglernen nach Bachs Lesebuche. 2 St.; Aufsätze. 1 St.; Uebungen in der Rechtschreibung und Satzbildung. 1 St. (Pf. *Fenner*).

Religionslehre. Biblische Geschichten des Alten Bundes nach Löhr Nr. 1—60. 2 St. (Pf. *Fenner*).

Weltgeschichte. Biographische Erzählungen aus der Griechischen Geschichte (S.), aus der Römischen Geschichte (W.) nach Seemann Nr. 8—36. 2 St. (Pf. *Fenner*).

Geographie. Uebersicht der Welttheile und Weltmeere; Australien und Amerika (S.); Afrika, Asien und Europa (W.) 2 St. (Dr. *Ritter*).

Mathematik. Die vier Species mit ganzen Zahlen nach Fölsings Rechenbuch 1. Theil 1. und 2. Abschnitt nebst Uebungen im Kopfrechnen. 3 St. (BL. *Schimmelpfeng*).

Naturgeschichte. Anfangsgründe der Pflanzenbeschreibung (S.); Beschreibung und Vergleichung bekannter einheimischer Wirbelthiere (W.) 1 St. (Dr. *Ritter*).

Schönschreiben. 3 St. (Conr. *Kutsch*).

Religions-Unterricht für die Schüler katholischer Confession. Für die Schüler der vier unteren Classen: Glaubenslehre nach dem Mainzer Diöcesan-Katechismus — vom Sacrament der Firmung bis zu dem der Ehe, mit Fortsetzung der Geschichte Alten Bundes von den

Psalmen bis zur Trennung des Reichs (S.); die Sacramentalien, Sinnbilder und Ceremonien sowie das fünfte Hauptstück von der christlichen Gerechtigkeit mit Fortsetzung der biblischen Geschichte bis zum Propheten Jeremias (W.). 2 St.

Für die Schüler der zwei oberen Classen: Glaubenslehre nach Martin, von der christlichen Nächstenliebe bis zu Ende, sodann von Anfang bis zur Mosaischen Offenbarung inclus. (S.); Fortsetzung bis zum Nachweis der Göttlichkeit der christlichen Offenbarung (W.) 1 St. (Pf. *Will*).

Gesang. I. Abtheilung. Chöre aus der *Glocke* von A. Romberg; vierstimmige Lieder und Gesänge aus dem Sängerhain von Friedr. und Ludw. Erk und W. Greef 2. und 3. Heft; vierstimmige Choräle, Lieder für vierstimmigen Männergesang von verschiedenen Componisten. 1 St.

II. Abtheilung. Die Tonarten, rythmische und melodische Uebungen; Lieder aus dem Sängerhain 1. Heft. 1 St.

Choralgesang nach dem kleinen evangelischen Gesangbuche für Prima und Secunda 1 St. für Tertia und Quarta 1 St.

III. Abtheilung. Elemente des Gesanges; Singen leichter Lieder aus dem Sängerhain 1. Heft u. A., Choralgesang nach dem kleinen evang. Gesangbuche. 1 St. (Gesanglehrer *Peter*).

Leibesübungen im Sommer: Drei Atheilungen, für jede 2 St. wöchentlich (Gesanglehrer *Peter*); ausserdem Unterricht und Uebung im Schwimmen.

II. Chronik des Gymnasiums.

Zufolge allerhöchster Entschliessung Seiner Königlichen Hoheit des Kurfürsten vom 27. April, mitgetheilt durch Beschluss kurfürstlichen Ministeriums des Innern vom 2. Mai, wurde der Candidat der Philologie, *Daniel Birkenstamm* aus Witzenhausen als Practicant am hiesigen Gymnasium zugelassen. Derselbe wurde am 22. Mai auf die Dienst-Anweisung für die Kurhessischen Gymnasiallehrer verpflichtet und begann sodann seine Thätigkeit am hiesigen Gymnasium, die der bestehenden Vorschrift gemäss mit dem Ende des Schuljahres erlischt.

Einem Beschlusse kurfürstlichen Ministeriums des Inneren vom 1. April zufolge musste der unterzeichnete Director seine Thätigkeit am hiesigen Gymnasium vom 13. Juni bis zum

1. Juli aussetzen, um am Gymnasium zu Fulda bei der practischen Prüfung von Candidaten des Gymnasiallehramts mitzuwirken

Durch allerhöchstes Rescript vom 30. December wurde der bisherige ordentliche Lehrer Dr. *Hupfeld* zum Pfarrer in Friedewald bestellt. Am 31. Januar beschloss er sein Lehramt am hiesigen Gymnasium, an welchem er sich während einer neunjährigen Wirksamkeit die Achtung seiner Collegen und die dankbare Zuneigung der Schüler erworben hat.

Durch diese Versetzung sowie durch andauerndes Unwohlsein zweier Lehrer erlitt der Lectionsplan des Winterhalbjahrs mehrfache Störungen, sodass sogar seit Ende Januars einige Lectionen ausgesetzt werden mussten. Auch von den Schülern wurden nicht wenige durch Unwohlsein auf längere Zeit am Besuche der Lehrstunden gehindert.

Unter dem 9. Januar ergieng ein Beschluss kurfürstlichen Ministeriums des Inneren, welcher in Betreff des Unterrichts in Leibesübungen an den Gymnasien Folgendes bestimmt:

> Der Unterricht in Leibesübungen ist als ein zur Theilnahme verpflichtender Lehrgegenstand der Gymnasien lediglich auf die drei unteren Klassen (Sexta, Quinta und Quarta) zu erstrecken, den Schülern der drei oberen Klassen jedoch die Theilnahme an dem gedachten Unterrricht einstweilen fernerhin zu gestatten.

Die Bibliothek des Gymnasiums wurde ausser den Ankäufen durch folgende Geschenke bereichert:

Kurfürstliches Ministerium des Inneren beschenkte dieselbe mit 7 weiteren Blättern der topographischen Karte von Kurhessen; Herr Dr. *Hupfeld* bei seinem Abgang vom Gymnasium mit: Walter Scotts Denkwürdigkeiten von Brühl 4 B., Heinroths Störungen des Seelenlebens 2 B., Treviranus von den Erscheinungen des organischen Lebens; Hartmann von dem Geiste des Menschen; Schmidts Physik; Bartels Anfangsgründe der Naturwissenschaft 2 B. Wilbrand der thierische Magnetismus; Wilbrand von der Bewegung in der Natur; Geisse die Rechtfertigung aus dem Glauben; — Herr Professor Dr. *Schmitz* zu Regensburg mit fünf Programmen Königl. Baierscher Lyceen und Gymnasien.

Auch hatte Kurfürstliches Ministerium die Gewogenheit von Kurfürstlichem Finanz-Ministerium zu erwirken, dass ein bei Kurfürstlicher Ober-Landmesser-Inspection abkömmliches Barometer dem physicalischen Kabinet des Gymnasiums überlassen wurde.

Für diese Gaben wird hiermit der gebührende Dank abgestattet.

III. Statistische Uebersicht.

Bei dem Beginn des neuen Schuljahrs am 25. April und in den nächstfolgenden Tagen wurden 49 Schüler aufgenommen, sodass die Gesammtzahl der Gymnasiasten 188 betrug, von denen 34 der Prima, 39 der Secunda, 40 der Tertia, 27 der Quarta, 26 der Quinta, 22 der Sexta angehörten. Im weiteren Verlaufe des Schuljahres wurden noch 7 Schüler aufgenommen.

Dagegen verlor die Anstalt unmittelbar vor dem Anfange des Unterrichts einen Schüler durch den Tod. Am 23. April starb der Quintaner *Georg Weber* aus Marburg, 9½ Jahr alt. Lehrer und Schüler das Gymnasiums folgten seinem Sarge, der von 12 der älteren Gymnasiasten getragen wurde.

Am Schlusse des Sommerhalbjahrs, den 20. September, wurden mit Zeugnissen der Reife entlassen die Primaner:

1) *Karl Hüter* aus Marburg, 15¾ Jahr alt, 8½ Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima. Er valedicierte mit einem Redeversuche: de M. Porcio Catone Censore, und widmet sich dem Studium der Medicin.

2) *Ernst Fuldner* aus Fritzlar, 21½ Jahr alt, 2½ Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima. Er valedicierte mit einem Redeversuche: über den Einfluss der Perserkriege auf Kunst und Wissenschaft der Griechen, und studiert Jurisprudenz.

3) *Albert Etienne* aus Marburg, 19½ Jahr alt, 3 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; studiert Jurisprudenz.

4) *Wilhelm Scheffer* von Hof Engelbach, 20 Jahr alt, 6½ Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; studiert Jurisprudenz.

5) *Ludwig von Stiernberg* aus Kassel, 19½ Jahr alt, ½ Jahr im Gymnasium, ½ Jahr in Prima; studiert Jurisprudenz.

Ausserdem unterzogen sich der Prüfung der Reife die zu ihrer Ausbildung immatriculierten Studierenden: *Jacob Kunreuther* aus Gelnhausen, 25 Jahr alt; studiert Jurisprudenz, und *Wilhelm Cornelius* aus Eiterhagen, 21 Jahr alt; studiert Naturwissenschaften, sowie der frühere Handlungsbeflissene *Ernst Bernhardi* aus Dreissig-Acker im Herzogthum Sachsen-Meiningen, 20 Jahr alt; studiert Philologie.

Von den Geprüften erhielt *Hüter* das Prädicat: *sehr gut vorbereitet*, *Fuldner*, *Etienne*, *Scheffer*, *v. Stiernberg* und *Cornelius* erhielten das Prädicat: *gut vorbereitet*, *Kunreuther* und *Bernhardi* das Prädicat: *ziemlich gut vorbereitet für die akademischen Studien.*

5*

Ferner verliessen im Laufe des Schuljahres *achtzehn* Schüler das Gymnasium, ohne den Cursus desselben vollendet zu haben. *Aus Prima* wurden *zwei* öffentlich ausgewiesen; *aus Secunda* giengen *zwei* ab (einer um Kaufmann zu werden; einer wurde in der Stille ausgewiesen); *aus Tertia einer* (um seinen Eltern zu folgen, auf das Gymnasium zu Hanau); *drei aus Quarta* (einer auf das Gymnasium in Hanau, einer auf die hiesige Realschule; einer wurde in der Stille ausgewiesen); *fünf aus Quinta* (einer, um seinen Eltern zu folgen, auf das Gymnasium zu Hanau, einer aus gleichem Grunde auf das zu Gotha, zwei auf die hiesige Realschule, einer, um privatim unterrichtet zu werden); *fünf aus Sexta*), einer, um seinen Eltern zu folgen, auf das Gymnasium zu Hanau, einer ohne Bestimmung, einer um sich zu einem practischen Berufe vorzubereiten, einer um privatim unterrichtet zu werden, einer um seinen Eltern zu folgen, auf das Gymnasium zu Torgau).

Die Anzahl der Schüler des Gymnasiums beträgt daher am Schlusse des Schuljahres 172, von welchen 32 der Prima, 35 der Secunda, 38 der Tertia, 24 der Quarta, 24 der Quinta, 19 der Sexta angehören.

Mit dem Schlusse selbst werden zu akademischen Studien entlassen werden die Primaner:

1) *Karl Coing* aus Lichtenau, 18½ Jahr alt, 3 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; wird Theologie studieren.

2) *Wilhelm Gröll* aus Amöneburg, 17 Jahr alt, 4 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; wird Medicin studieren.

3) *Karl Stephan* aus Treysa, 22 Jahr alt, 4 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; widmet sich dem Studium der Jurisprudenz.

4) *Theodor Sippell* aus Cappel bei Marburg, 18¾ Jahr alt, 11 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; wird Medicin studieren.

5) *Heinrich Schenk* aus Marburg, 21½ Jahr alt, 11 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; widmet sich dem Studium der Theologie.

6) *Ernst v. Lengerke* aus Marburg, 18½ Jahr alt, 8 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; wird Jurisprudenz studieren.

7) *Andreas Schick* aus Erfurtshausen bei Kirchhain, 20½ Jahr alt, 5½ Jahr im Gymnasium, 1½ Jahr in Prima; widmet sich dem Studium der Theologie.

8) *Pius Schmitt* aus Stausebach bei Kirchhain, 19 Jahr alt, 6 Jahr im Gymnasium, 1½ Jahr in Prima; wird Theologie studieren.

9) *Karl Sippell* aus Cappel bei Marburg, 18 Jahr alt, 10 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; widmet sich dem Studium der Theologie.

10) *Adolf Bartsch* aus Zierenberg, 19 Jahr alt, früher auf dem Gymnasium zu Kassel, 1 Jahr dahier im Gymnasium, 1 Jahr dahier in Prima; wird Medicin studieren.

11) *Hermann Klöffler* aus Marburg, 17½ Jahr alt, 8 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; widmet sich dem Militärstand.

12) *Otto Loderhose* aus Ellnhausen bei Marburg, 18¾ Jahr alt, 8 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima; wird Theologie studieren.

Von diesen für die Reife zur Universität Geprüften erhielten *Schmitt* und die beiden *Sippell* das Prädicat: *sehr gut*, die Uebrigen das Prädicat: *gut vorbereitet für die akademischen Studien.*

IV. Ordnung der öffentlichen Prüfung.

Montag den 26. Merz.

Vormittags.

Choralgesang.
Von 9—11 Uhr: *Prima.* Religionslehre. Cicero de oratore. Nibelungenlied. Plato.
Von 11—12 Uhr: *Sexta.* Lateinisch. Rechnen.

Nachmittags.

Von 2—4 Uhr: *Quarta.* Nepos. Geschichte. Griechisch. Naturkunde.

Dienstag den 27. Merz.

Vormittags.

Von 8—10 Uhr: *Secunda.* Ciceros Reden. Arithmetik. Odyssee. Geographie.
Von 10—11½ Uhr: *Quinta.* Lateinisch. Deutsch. Geschichte.

Nachmittags.

Von 2—4 Uhr: *Tertia.* Caesar. Geometrie. Französisch. Xenophon.

Mittewoche den 28. Merz.

Vormittags von 9 Uhr an.

Choralgesang. (Ein Lämmlein geht und trägt die Schuld).
Deutsche Rede des Abiturienten *Schick*.
Gesang.
Deutsche Rede des Abiturienten *Theod. Sippell*.
Gesang.
Lateinische Rede des Abiturienten *Coing*.
Gesang.
Entlassung der Abiturienten.
Choralgesang. (Sollt' ich meinem Gott nicht singen).
Verkündigung der Versetzungen und Austheilung der Zeugnisse.

Der Gymnasialdirector
Münscher.

Zur Nachricht.

Die Lectionen des bevorstehenden Sommerhalbjahres beginnen Dienstag den 17. April. Neu zugehende Schüler sind bis zum 6. April unter Vorlegung ihrer Geburtsscheine und bisherigen Schulzeugnisse bei dem Director des Gymnasiums anzumelden. Die Prüfung der Neuzugehenden findet Montag den 16. April Vormittags von 8 Uhr an im Gymnasial-Gebäude Statt.